


DE MONARCHI
AC TRIPLICI IMPERIO, VIDE
CET, ROMANO, GALLICO, ET GE
nico campus, imperatorum
gesta continens.




LUGDVNI EX OFFICINA MELCHIORIS E
GASPARIS TRECHSEL FRATRV
M. D. XXXVII.
CVM PRIVILEGIO REGIS

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26

Gaffa
MADE IN SPAIN

DE MONARCHIA
AC TRIPLICI IMPERIO, VIDEL
CET, ROMANO, GALICO, ET GERMA
nico campus, imperatorum
gesta continens.



LUGDVNI EX OFFICINA MELCHIORIS ET
GASPARIS TRECHSEL FRATRV
M. D. XXXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

P R A E F A T I O .

A D I L L V S T R I S S I M V M P R I N C I P E M
ac amplissimū antistitē Narbonensiū, Mediomaticū, & Leucorū, Moris-
norūq; sanctæq; Romanæ ecclesiæ cardinalē Ioannē à Lotharingia, Sym-
phoriani Campegi in monarchiam imperialem,

P r æ f a t i o .

X infinito hoc ac uario studiorum genere, in quibus preclarissima nostra tempestatis
ingenia, princeps nobilissime ac sacratissime, desudarunt, nullum aut multiplici erudi-
tione utilius, aut maxima uoluptate iucundius hoc uno, quod uolumen de monarchia ac
triplici imperio continet, crediderim. hoc idem rursum tantum, tantumq; difficultatis

authoribus suis afferre expertus afferuerim, ut satis nescias plūne utilitatis uolupta-
tusq; legentes capiant, an laboris. Non enim unius tantum authoris, sed multorum deprauatissimos re-
stituit locos: non uulgatissima queq; sed eruditissima eruit: non historie tantum scrupulosas sepe

quaestiones, aut philosophie altissima sensa, sed iurisconsultorum quoq; scholas, & theologorū fami-
lias omnes: neq; non omnium liberalium disciplinarum dogmata secretiora rimantur, & in hoc uolumi
ne perscrutantur. Duo sunt in hoc opusculo maxime erudita que accuratius indagantur, nempe sacer-
dotium, & imperium sive regnum, quibus hic mundus regitur. Sacerdos orat, rex imperat: sacerdos
animas ligat & soluit, rex corpora cruciat: sacerdos debita dimittit, rex errata puniit. Vterq; diuinæ le-
gis executor suum cuiq; ius tribuit, malos coercendo, & bonis gratiam referendo. Pontifex sacerdotū

Pilati potestas
in Christum.
Sacerdotes an-
geli dei uocan-
tur.

animarum caput est post C H R I S T V M , imperator corporum dominus post deum: quinimo per
deum, à quo ius utriusq; est institutum. Pilati nempe potestas in C H I S T V M data defusum esse
perhibetur in compluribus sacrae paginae locis. Summi dei sacerdotes ob dignitatis excellentiam, ange-
li uocantur. quod Malachias propheta testatur sic inquietus, Labia sacerdotis custodiunt scientiā, &
legem requirunt ex ore eius: quoniam angelus domini exercitū est. Quòd si paruis componere magna
liceret, tu presulum sacratissime tantum alios antecedis, quantum metropolis tua Narbona reliquas

Narbona me-
tropolis Vasco-
nia. Pótifex pro
hominum pec-
catis sacrificia
offert.

Vasconie urbes, que (ut Vergiliani utar uerbis) tantum alias inter caput extulit urbes, Quantum len-
ta solent inter uiburna cupressi. Tu namq; in ecclesia Vasconie constitutus es (ut inquit apostolus)
pontifex pro hominibus in his que sunt ad deum, ut offeras dona & sacrificia pro peccatis. Sed quibus
tuæ dignitatis celitudinem pro huiusmodi beneficijs prosequemur honoribus, aut quibus animi tui era-
ga nos facilitatem demerebimus, haud quidem facile quis uel non mediocri præditus facundia, uerbis
consecutus fuerit. Tanta enim est tuorum erga nos beneficiorum magnitudo, ut ad agendas gratias ne-
dum ad rependendā uicem nostræ facultatis uires sufficiente mīnime. Accipe igitur princeps sacratissi-
me, quod tibi maxime accommodatum dicamus opus. Et uale: ac Symphorianum tuum in campis Gal-
licani ludentem symphoniacè (ut soles) ama.

Quicquid in hac monarchia ac alibi à me dictum est, tantū assertū
esse volo, quātum ab ecclesia Romana ac catholica approbatur.

M o n a r c h i a ,

Spiritualis,

Deus summus monarcha,

Pater,

Filius,

Christus vtrancq; habuit monar-
chiam, quia deus & homo.

Summus pontifex spiritualem habet sub Imperator Romanus mo-
Christo monarchiam. Caput nancq; ecclæ-
siae simpliciter est Christus: pontifex vero
caput mysteriale sub Christo.

T e m p o r a l i s .

Spiritus sanctus.

narchiam habet temporale

à Christo immediate & sub
Christo.

Monarchia populi Israe-
litici incepit à Moze.

Aaron spiritualem habuit monarchiam, Moses temporalem. Etsi sacer-
& in sancta sanctorum solus intrabat. dos dei fuerit, in sancta tamen
Etsi Moses, quatenus sacerdos, introire sanctorum non intrabat, & sa-
potuisset, tñ sacerdotis officio, quū iudex cerdotio nō vtebatur, sed Aa-
ffuerit, fungi noluit, ne temporale spiritua-
li impedimento foret.

M o n a r c h i a ,

Regia primum à tyrānide incepit sub Nino Assyriorum rege: qui pri-
mus arma finitimiis intulit, cruen-
tamq; vitā quinquaginta annis per
totā Asiam bellis egit. Postea con-
stitutus est rex à deo sup Sion mon-
tem sanctū eius, & prædicans præ-
ceptum domini.

Imperialis etiam à tyrannide ince-
pit sub Iulio Cæsare. Et confirmata
est in Octauiano à Christo. Nā dī-
cit Christus, Quæ sunt Cæsaris red-
denda sunt Cæsari, & quæ dei deo.
Et descriptioni Augustalī matrem
subiçti voluit. Et stateram Christus
pro tributo soluit.

I m p e r i u m t r i p l e x ,

Cæleste, & integrum: Subcæleste: datum à Chri-
& nō veterascit. istud sto Octauiano, & glorifi-
æternum, sine fine. A catum à Constantino, illud pacificum, & per mul-
modo enim, & vscq; in quasi cæleste confirmatum ta tempora diuīsum,
sempiternum, & in ec in Carolo Magno à plebe & cū carne ciniſ erit
clesia triumphante. Christiana, cōfirmante ec- & puluīs.
clesia militante.

M o n a r c h i a tenuisse
legimus quatror.

Primum orbis mo- Secundus qui te- Tertius monar- Quartus monar-
narcham legim⁹ nuit monachiā cha fuit Octauia-
fuisse Adam: cui fuit Noe . Dicit, der Macedo: de nus. de quo testa-
terra data est in enim deus Noe, quo legif, quod tur Lucas euā-
possessionē, & ani. Crescite & mul- cum totū occu- gelista cum ait,
mantia in subie- tiplicamini, & sit passet orbem, Exiit edictū à Cæ-
ctionē, vt de illo tremor vester su- etiam aerem in- farē, vt describere
dici possit, Omnia per animātā ter- uasit, mariscq; ra- tur vniuersus or-
subiecisti sub pe- ræ. Hic terrā ex- ptavit profun- bis. Si totū descri-
dib⁹ eius, oues, & coluit, & orbem dum. psit, vtq; per ro-
boves, & vniuer- inter filios duci- tum imperauit or-
sa pecora campi. sit. bem.

A

DE MONARCHIA LIBER I.
DE MONARCHIA

ET TRIPLOMI IMPERIO, VIDELICET

Romano, Gallico, & Germanico, gesta imperatorum ac
herorum continens campus, à dño Symphoriano
Campegio Lugdunensi, equite aurato
ac Fauergiae domino
compositus.



P V D gentiles idem sacerdotes erant & reges. Fuit enim apud Aegyptios Mercurius Hermes (quem Trismegistum vocant) maximus rex, maximus sacerdos, & philosophus maximus. Et (vt scribit Origenes, Adamatius homilia, xvij. super genesin) quoniam terra sacerdotum Aegyptiorum non sit in servitutem redacta Pharaoni, neque cum ceteris Aegyptiis vendiderint semetipso, sed quia extrinsecus acceperint vel frumenta vel munera, non ab Ioseph, sed ab ipso Pharaone. Et propter hoc tanquam familiares praeceteris non videntur terram suam Pharaoni. Erant nihilominus etiam (vt idem Origenes scribit) ea tempestate sacerdotes, necdum adhuc à lege ordinati, sed naturali sapientia hoc requiriunt ac perficiunt. Ita sacerdotio functus est Noe; ita sacerdotio functus est Abraham; ita sacerdotio gessit Melchisedech; ita & ipse Job post illos sacerdotio functus est. Erant & sacerdotes per loca, qui pro indigentibus hostias offerebat domino per diuersa tempora. Quod autem fuerint illo tempore sacerdotes, ostendit ipse Job dicens, Qui mittit sacerdotes. Sive ergo fuerint sacerdotes, sive ipse per semetipsum Job offerebat hostias pro illis secundum numerum illorum. Denique quum ab Aaron per genus ducta successio generis, magis teneret haeredes, quam iustitiae consortes, propterea ad typum illius Melchisedech: quem in veteri testamento legimus, Verus Melchisedech, verus rex pacis venit, verus iustitiae rex venit. Hoc enim (vt diuus Ambrosius scribit) habet nominis interpretatione. Sine patre, sine matre, sine generationis enumeratio, neque initium dierum, neque finem vitae habens. Quod & ad filium dei refertur, qui matrem in illa diuina generatione nesciuit: patrem in hoc virginis Mari partu ignoravit, ex patre solo natus ante secula, ex virginе sola ortus in hoc seculo. Initium dierum habere videtur non potuit qui erat in principio, quo modo vitæ finem habere, qui vitæ author omnibus est: qui est principium & finis omnium. Sacerdotes in lege Hebreorum nascebantur ex genere Aaron levitatem: nunc omnes ex genere sunt sacerdotali: ideo ex populo potest fieri sacerdos. Sacerdotis est, nulli nocere, prodeesse velle omnibus. In lege Hebreorum unus erat dux, alius vero sacerdos. Ferunt principem sacerdotum (vt Origines scribit) sacra induitum stola ab Alexander contra Macedone hac adoratum, identidem affirmante, ea specie virum dorsum.

A. iii

Imperium duplex,	
Orientale apud Græcos; cuius caput Bizantium siue Cōstātinopolis.	Occidentale.
Imperium occidentale apud Latinos est duplex,	
Gallicum: cuius principiū & origo incepit sub Clodoueo per Anastasiū imperatorem Romanū. Datū secūdo à Pípino, qui dīctus est pater patriæ à Romanis. Et fuit consummatum per Carolū Magnum.	Germanicum: incepit ab Othonē primo. Tādem creuit sub Othonē secūdo. Et cōsummatur per Othonem tertium Saxonie ducem. Et cōfirmatur à Gregorio quinto consanguineo suo. Et in Germanos translatū imperiū Germanicum.
Duo sunt reges, qui & imperatores dicuntur;	
Rex Gallorū, qui & imperator in suo regno & rex Franciæ dicitur.	Rex Romanorū, qui & rex Germanorum & imperator dicitur.
Alij multi reges inter Christianos sunt, qui reges non imperatores dicuntur,	
Britanniae, Angliae, Castellæ, Legionensis, Aragonum, Danorum.	Portugalensis, Siciliæ, Armeniæ olim, Scotorum, Noruegiæ,
In Hibernia sunt,	Boemiae, Pannoniæ olim, Maioricarum, Nauarræ,
Catholicus, Comachiae,	Reges Minaiae, Reges Coloniae.
Sunt & alijs prīcipes, qui nec reges dicuntur nec imperatores,	
Archidux Austriæ, Quatuor Lantgravij, Quatuor Burggravij, Rheni Palatini.	Duces, Marchiones, Brādeburgensis, Montiferrati, Mantuanus, Ferrarensis, Salutiarum.
Vicedomicellus, Carnutensis.	Sunt & alijs inferiores, Vicecomites, Liuionensis, Turiensis.
	Barones, Monsmorensis, Rupis Focaudii.
	Castellani, Caudiacus, S. Projectus.

DE MONARCHIA.

mienti sibi & obseruatum & pollicentē futurū omnino, vt vniuersam Aſi
Dei uerba ad am subiugaret. Deus enim, qui regibus dat salutem, locutus est ad Moſem
Moſem et ad ducem, & Aaron sacerdotem: Moſi péculiariter loquens, & per ipsum ad
Aaron.

Mosēs & si populum mandata sua mittens: Moſi linguae tardioris, Aaron iugiter, vt
sacerdos non ponat verba domini in ore eius, ait, Ego ero in ore tuo & in ore illius, vt o-
tamen quoad stendā vobis quid agere debeatis. Ipſe loquetur pro te ad populum, & erit
sacrificia et os tuum; tu autem eris ei in his quae ad deum pertinent. Ecce Moſes prae-
sacra ut fertur leuitæ; & qui præst dignitate, in sancta sanctorum non intrat, neq; sacerdotium accipit in orationes & sacrificium, & quoad sacra: ipſe tamen
Aaron. Aaron in summum vngit sacerdotem, eiq; vestimenta ornamentaç; ponti
Primus rex ficalia donat. Saul à domino in regem eligitur, & à Samuele vngitur. Si à
Israel. propheta vel à sacerdote regnum penderet, lex regis ab ipso, nō à deo pro-
Iura regis. dijslet. Verum ab ipso domino dicitur per prophetam, Contestare eos, &
Plato in libr. prædica ius, id est, regimen regis, qui regnaturus est super eos. Hoc erit ius
qui dicitur ci regis, qui imperaturus est nobis, Filios nostros tollet, & ponet in curribus
qui uilis de re- suis: & faciet sibi equites percussores quadrigarum suarum: & constituet
gno. sibi tribunos, & centuriones, & caratores agrorum suorum, & messores
Plato in epi- segetum, & fabros armorum, filias quoq; nostras vnguentarias, focarias,
stolis. & panificas: agros nostros, & vineas, & oliueta tolleret, & dabit seruis suis.
In ciuili de Comparat Plato in libro de regno regem medico, monens, vt medicorum
regno. qui more & opportunè, & (si opus fuerit) importunè, & volentibus, & quan-
doq; nolentibus imponat leges, remediaç; adferat salutaria. Regē ipsum
Plato in epistolis Plato in epistolis sacram haberi censet, sacerdotemq; AEgyptiorum mo-
re constitui, sacrorum mysteriorumq; antistitem, vt pote sacram, nequādo
contaminetur: non permittit iudicijs (vbi de cæde, exilio, carcere, agitur) in
teresse. Proinde in hoc ipso libro de regno eiusmodi regiam dignitatem
gubernationum omnium optimam esse probat; pessimam vero tyrannidē;
quaæ neq; lege, neq; mente legitima imperat, sed impetu potius atq; libidi-
ne. Ait enim præsentem mundi circuitum ab oriente ad occidentem esse
Iouium, atq; fatalem; verum fore quandoq; alterum huic oppositum sub
Saturno ab occidente vicissim ad orientem. In quo (inquit) sponte nascen-
tur homines, atq; à senio procedent in iuuentutem. hæc Plato sub persona
Socratis scribit. Sicut ergo potestas datur Petro ligandi, & soluendi super
Constantinus magnus. terram, ita regi ius datur super populum, vtruncq; à domino, vtruncq; ab
Ecclesiæ ca- eodem authore deo. Et licet Constantinus ius regis Romæ Syluestro ad
put Christus, honorem, non tamen imperij nomen, vel imperium ipsum transire voluit
uerum pon- in Sylvestrum; sed sibi Constantinus ipse, & successoribus conseruauit, so-
tifex myſte- la sede mutata non dignitate. Quis enim maior est in terris, an qui dat, an
riale. qui accipit? Profecto qui dat author est honoris, non qui accipit. Deus au-
s thor est imperij, & Cōſtātinus imperator author fuit papalī triumphi. Pō-
put tifex animarum caput est post CH R I S T V M tanq; CH R I S T I mi-
nister, imperator corporum dominus post deum, & per deum, ad quos ius
regis est institutum. Pilati nempe potestas in CH R I S T V M data de-
s sursum esse perhibetur. Et qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Si
ducibus

DE MONARCHIA.

ducibus est obedientum tanquam à deo missis: si reges venerandi sunt: si
quaæ sunt Cæsaris reddenda sunt Cæsari, et quaæ dei deo: si descriptioni Au-
gustali matrem subiici voluit: si stateram CH I S T V S pro tributo sol
uit: quis ambigat regnum, & imperium diuina autoritate firmari: Si tan-
tim à CH R I S T O petra, vt à fidei fundamento non separetur, vtriusq;
protectio, vtruncq; priuilegio suo insigniuit, quum sacerdotium in se vi-
uens regno constitutus est rex à deo super Sion monte sanctum eius, &
prædicans præceptum domini factus est sacerdos in æternum secundum
ordinem Melchisedech, vniuit in se regnum & sacerdotium, tollens de æ-
qualitate inuidiam, & de imparitate calumniam. Ipſe enim dicit, Qui ma-
ior est in vobis fiat sicut minor, per hoc docens nullam inter eos habēdam
de dignitate maioritateq; discordiam. Eorum enim erat cor vnum, & aīa Regnū Chri-
vna in domino. Dixerat autem alibi apud Pilatum, Regnum meū non est si non est de
de hoc mundo. Terrenis quidem dictum est, q; reges gentium dominantur mundo.
tur eorum; & qui potestatem habent super illos beneficū vocantur. Porro sacerdotij
in sacerdotio æqualitas materia est potestatis augēdæ. Nec illic queritur potestas.
quis maior sit, sed quis in dispensatione fidelior. Verūtamen in primo pon-
tifice veluti prīmi Aarō successore, summiq; sacerdotis Petriq; successore
plenitudo vigeat potestatis: & in alios per eum à deo transfunditur solici-
tudinis portio. At in paucis fuit monarchia principib; Et post illos diuī-
sio fuit, mater discordia, minoratioq; potestatis terrena. Omne autem im-
perium aut est cælestis, & integrum, & non veterascit, aut terrenum, & ra-
ro pacificum, & per multa tempora diuīsum. Prīmū æternū sine fine, à mo-
do enim & vscq; in sempiternum. Terrenum imperium cū carne cīnis erit
& puluis. Sacerdotiū subcælestis & quid spūale datū à CH R I S T O,
glorificatū à Constantino in Sylvestro; & est quasi cælestis vel subcælestis
militatis ecclesiæ. Et dum ad triumphandū properat, cursum suum dirigit
ad id quod est perfectum. Et quoniam apud nos sunt mutatiōes & vicissi-
tudinis obumbrationes, nunc inter felicitatē lætatur animus, nunc inter tri-
stitudinem meditatur; semper mouetur, raro quiescit. Quoniam vero per in-
terualla imperialis maiestas nonnunquam sono citharae David vexatio-
nem in Saule à spiritu perturbante factam, amotam sentit aut emollitam.
Duo enim sunt quibus hic mundus regitur, sacerdotium, & regnum: Sa-
cerdos delicta dimittit, rex errata puniit: sacerdos orat, rex imperat: sacer-
dos animas ligat & soluit, rex corpora indicat & occidit; vterq; diuinæ
legis executor suum iustitiae debitum cuiq; tribuit, malos coercendo, &
bonos remunerando. Quippe diuīsum imperium cum Ioue Cæsar habet
terrena moderatur, & lutea figmēta iudicat, hæc probando, illa conterēs:
sacerdos animas informat, spiritus diuīni seminis hubertate recreat. Dum
cælum cæli domino; terram autem dedit filijs hominum. Itaq; regnum præ-
cessit sacerdotium in Nino Assyriorum rege primo, & in Belo, tempore
Regnum præ-
quidem non dignitate. Vnctio enim sacerdotalis, sicut vnguentum super cœlitum tempo-
ritus descendit in regibus, super humerum, vt portent onus vindictæ in re nō dignita-
fortitudine regentes populum in virga ferrea, quum duræ fuerit ceruicis, te.



DE MONARCHIA

& in virga vigiliarum quum fuerit cordis pigri, & aliquando in virga virtutis: quam emittet dominus ex Sion dominari in medio inimicorum citie. Has quippe virgas regales innuit propheta, qui dicit, Reges eos in virga ferrea. & alibi, Virgam vigilantem ego video. & iterum, Virgam virtutis tuae. &c. Verum uincio sacerdotalis semper est uiformis: & in capite persistit: & ad virgam pertinet directionis. De qua rex ille & propheta David loquitur, dicens, Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniuriam: propterea ungit te deus, deus tuus oleo. &c. Sane regnum diuinum permissione, sed non a diuina coepit iustitiae. Nam oppressionem ac tyrannide habuit pro exordio. Natus enim primus rex Assyriorum (vt scribit historici) propagandae dominacionis libidine arma foras extulit: cruentamque vitam quinquaginta annis per totam Asiam bellis egit, a meridie & rubro mari surgens: & ultimè septentrionem perdomuit: & homines non lacte pecudum viuere docuit, sed hominum sanguine: & ad postremum vincere (dum vincit) edocuit.

DE MONARCHIA. Caput II.

PLATO libro de regno maxime probat monarchiam, id est, unus principia tuum. Et Homerus ab Ioue autumat dari sceptrum & ius principi, quum ait, Rex unus, cui sceptra dedit, venerandaque iura, Iupiter. & in ijs. Illados rapsodia inquit, Non bonus est multorum principatus, unus sit dominus, unus rex. Dion Syracusanus olim dictitauit, non posse bene regi rem publicam multorum imperiorum. Et a Domitiano dictum est, Non est bona imperatorum multitudo. Diuus Cyprianus, vt unus (inquit) sit princeps, ois natura consentit. Rex unus est apibus, & dux unus in gregibus, & in armentis rector unus; multò magis mundi rector unus: qui uniuersa quae sunt verbo iubet, ratione dispensat, virtute consummat. Verbum enim vetus est apud Graecos vice prouerbij celebratum. In primis deum cole: regem autem honora. Julius Firmicus in octavo Matheseos inquit, Solis imperator stellarum non subiacet cursibus, & solus est in cuius fato stellae decernendi non habent potestatem. Quum enim fuerit totius orbis dominus, fatum eius dei summi iudicio gubernatur. Et Paulus doctor gentium in epistola ad Romanos inquit, Potestas non est nisi a deo: qui resistit potestati, resistit ordinacioni dei. Ministri dei sunt principes. Quare Plinius in panegyrico inquit, Princeps reipublicae anima est: res publica corpus est principis. Hinc est, quod imperator pomum aureum fert in sinistra manu plenum fauilla & cinere, vt p. aurii fulgorē gloria notetur imperij, & per fauillā leuis gloriae temporalis transitus designetur. Nunc ad monarchiam primi parentis transeundū est, hunc orbis dominū nouimus, atque primū monarchā: cui terra data est in possessionem, & animantia in subiectionem: vt de illo dici possit, Omnia subiecti sub pedibus eius, oves, & boues uniuersas, insuper & pecora campi, Volucres cœli, & pisces maris. Porro post Adam memini tres in monarchia tenuisse, non in animantium dominio, sed in possessione terrarum. Primus fuit Noe, secundus Alexander Macedo, tertius Octavianus Augustus. Dixit enim deus Noe, Crescite, & multiplicamini

Plato.
Homerus.

Dio Syracusianus.
Domitianus.
Cyprianus.

Iulius Firmicus.

Diuus Paulus.

Adam primus monarcha.

Tres monarchiam tenuerunt.

LIBER I.

mini, & sit tremor vester super animantia terræ. Hic terræ excoluit, & orbem inter filios diuisit. De Alexandro legimus, q. quum totum occupasset orientem, etiam aërem inuasit: marisque raptauit profundū: & usq. à deo promissos terminos, & terram à monstrosis animantibus habitatam intravit. Ab oriente redeuntem extremarum totius orbis prouinciarum legati operiebantur: Carthaginensium, Hispanorum, Gallorum, Sicilie, Sardiniae, Italieque legati ad illum missi sunt. Hannibal Poenus Africano querenti quem fuisse maximum imperatorem crederet, respondit Alexandrum Macedonum regem, q. parua manu innumerabiles exercitus fudisset, q. ultimas oras supra spem humanam peragrasset. Julianus imperator prædicabat illud Alexandri Magni: qui interrogatus, ubi thesauros haberet, apud amicos benevolè se habere respondit. Augusti nomen occidens suscepit. Hic Octavianus dictus est: & regnare coepit anno ab urbe condita septingentesimo quinquagesimo secundo. Monarchi regnum. am orbis tenuit. Scythæ & Indi Augusti amicitiam p. legatos petiere; eratque iam totus orbis terrarum pacatissimus; eamque inter se humanæ gentes pacem agebant, qualis nunquam omnium ætatum memoria fuerat, quum Augustus Ianum geminum tertio clausit. Est & CHRIS TVS dei filius CHRISTI Iulianus. Iulianus ex virginе in Iudea natus: & tamen vera lux effulgit gentibus, quae antea in tenebris fuerant: nonque seculum conditum, quod ad prosperos operis successus attinet. CHRIS TVS dei filius, quum virginali est vetero ortus: qui & via tuta est scribentibus, & veritas. Pax erat igitur & otium humanis geritibus, quum alma virgo Anna & Joachim filia in Bethlehem Christū enixa est saluatorem. Incidit sacratissimus ille partus in eum annum, qui alter à quadragesimo fuit Augusti principis: qui à Cæsarē Dictatore in familiam testamento accitus non tantum in successionem venit nominis, sed & monarchæ ab eo qui adoptauerat antea constituta. Et tunc unigenitus dei filius in terram venit, quum pacem in ea tātam esse voluit, quanta nulla fuit unquam, hominum memoria. Iam & natalis terra multò aptior fuit ad id mysterium in omnes gentes propagandum, quam si remotiore aliqua mundi plaga lux illa esset orta. Est Iudea terrarum fere media. In ceteris manifestior prouidentia. Nam & in matre quæsita est virginitas, vt sanctus ex sancta nasceretur. Est & in gente clarū stemma: in quo longa sit rerum series. Et in his Salomon mortalium sapientissimus, Davidque Salomonis pater prophetico cantu nobilis. Quæ oīa in CHRIS T O euentura iam multò ante prædixerant vetores prophetæ. Notum est Isaiae carmen, Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filium. & rursus, Exiit uirga de radice Iesse. Fuit Iesse Dauidis regis pater. Orosius author est eodem die, quo Christus est in Iudea nat⁹. Octavianus Augustus edicto vetuisse dominum appellari, manifesto (vt reor) præfagiō maioris dominatus, qui tamen in terris oriretur. Erat interea in terris pax tanta omnibus, quāta (vt pax ingens. antea diximus) fuit nunquam: florebantque res Romani imperij ubique fama & felicitate. Paulus apostolus (vt est apud Lucam actuum. xxv) quum à Iudeis apud Festum præsidem premeretur, ad Cæsarem appellauit. Ciuis

Alexander
Macedo.

Hannibal
responsum.

CHRISTI
natuitas.

Quādo pax
in terris.

Iudea in or-
bis medio.

Isaiae carme
de uirgine
Maria.

B

DE IMPERIO ROMANO

enim Romanus erat. Cui Festus, ad Cæfarem (inquit) appellasti, ad Cæfarem ibis. Hoc exemplo apertissime colligitur Cæfarem in humanis Paulo apostolo superiorem fuisse. Ad minorem enim non sit appellatio. Item Bonifacius quartus papa, natum Marsus tenuis S. Mariæ rotundus (quod veteres Pætheon appellabant à Phoca imperatore ipetrauit. Itē in gestis octauianis Constantinopolitani concilij manifeste appareat. Et etiam usque ad Othonem primum Romani pontifices, Nicolaus primus, Hadrianus secundus recognoscunt Basilicum imperatorem, qui illam synodum conuocauit: & filios suos, ac Leonem post hoc imperatores Romanorum. Multae poscent tam legales sanctiones, q̄ aliorum scripta adduci, sed hoc est supremum privilegium, quia minister dei est, ut dicit Paulus ad Romanos. xiiij. Et est ut vicarius CH R I S T I in temporalibus, ut scribit Anastasius papa ad imperatorem dicens, Pectus clementiae vestrae, sacrariū est publica felicitatis: ut per instantiam vestram (quem velut vicarium praesidere iussit in terris) euangeliis apostolicisq̄ præceptis, non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ sunt salutifera compleantur. Ecce imperator Christianorum in sua præsidentia CH R I S T I vicarius dicitur. Vnde sicut CH R I S T V S est rex regum, ita omnes reges in potestate regnantis domini quid diuinum habent: quapropter illis reverentia & obedientia debetur. Illud tamen addimus Symphorianum Campegiū nihil omnino approbare nisi q̄ à Romana tantum ecclesia ac catholica decretum atq; assertum fuerit. quapropter omnia dicta mea orthodoxæ fidei subiectio.

DE IMPERIO ROMANO ET

quando incepit. Caput III.

Caius Iulius Cæsar Hispaniae quaestor sua peregrinus ignauia, in urbem reuersus pontificatum maximum adeptus prætor & consul creatus, contra rempū, per tyrannidem imperium usurpauit. Nam ex Gallia rediens in Italiam, decerni sibi absentia alterum consulatum poposcit. Cui contradictum est à Marcelllo consule admittente Pompeio. Deinde à senatu decidetur, ut in urbem Cæsar non nisi dimisso exercitu veniret. Pompeius atq; omnis senatus crescentibus Cæsarī viribus trepidi. Cæsar Romā venit: negatāq; sibi ab æario publico pecuniam effractis foribus inuasit: protulitq; ex eo aurī pondo quater mille centum trīginta quīnque, argenti podo prope nongenties mille, inde dīgressus, ad alpes transiunctus Massiliam venit: deinde ad Hispanias contendit. Qui inde reuersus in pugna Pharsalica Pompeiū cū suis deuicit, fugauitq;: postea vero Romā rediit. Vbi dum reipū statutum contra maiores exempla atq; ordinationes disponeret, authoribus Bruto & Cassio, conscio etiam senatu plurimo (quia manu violēta imperium usurpauerat) in curia. xxiiij, vulneribns confossus interiit, in qua quidē coniuratione fuisse supra. lx, huius facti consciōs furent. Sic à Iulio Cæsare, tyrranno nomen accepit imperium: & sic potius tyranus Iulius dicitur est, quam imperator.

A quo sumptum Augusti nomen. Iulio successit nepos eius Octavianus Augustus: à quo nomen Augusti sumpserunt imperatores Ro. Iste urbem optimis operibus & institutis magnificissimis

LIBER I.

magnificissimis excoluit. Hinc merito parens patriæ, & primus Augustus ab uniuersis salutatus est. Ille verus & legitimus fuit imperator, ab hominibus & senatu electus, & à deo confirmatus, quando dixit Iudeis, Reddite quæ sunt Cæsarī, & quæ dei sunt deo.

Iulius Cæsar

Iulius Cæsar p̄ tyrannidē occupauit imperium: & à tyrannis extinctus est: qui strictis pugionibus in capitolii secesserūt. Octavius autem Nolæ obiit eodem in cubiculo quo pater, ætatis anno. lxxvi, quum imperasset. lvj. Princeps *Mors Octaviae* haud dubiè felicissimus: sub quo CH R I S T V S lux orbis nasci voluit anno. xlj. Augusti, undecimo autem Octavianī anno, deficiente in Iudea pontifice. Herodes à Cæfare Augusto suscepit principatū Iudeorū: sub quo *Herodis sceptrum in Iudea*. Herode defecit sceptrū & vinctio in Iudea, secundū illud, Nō auferetur sceptrum in Iudea de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Nam usque ad transmigrationem Babyloniam fuerunt reges de Iuda: & postea duces usque ad Hiricanum: & iterum reges: sed Herodes alienigena fuit.

Octavianō Augusto successit Tyberius priuignus Augusti *Tyberius*: eius, ex alio viro filius. Hic Tyberius Burgundiones ex insula Statana *Origo Burgundionum*. vel (ut alij dicunt) Rhodis Burgos ultra Rhenum custodire coegit. Hic per Pilatum libentī animo miracula virtutesq; CH R I S T I suscepisse narrant historiæ. Mox luxuriae ac cædibus vacans, fraude Caligulae nepotis periit. lxxvij, ætatis. xxij, imperij anno: verum anno. xvij, imperij CH R I S T V S saluator noster cruci adfixus est à Iudeis. Quid plura? Tyberio successit C. Caligula iuuenis pessimus omnium, excepto Nero *C. Caligula*, ne, omni scelere contaminatus.

C. Caligulae successit Claudius, nepos Tyberij. hō varius, vilis, & tristis. *Claudius*. Claudio successit Nero iniquissimus omnium, hostis humani generis. in terfecit se pugione. Et in Nerone familia Cæsarī defecit. *Nero*.

Sane anno. xij. Tyberij Pilatus in Iudeā procurator dirigitur. Cui successit præses Festus. Festo successit Albanus. Post quem Florus: cuius luxuriam & avaritiam cæteraque scelerā non ferentes Iudei, à Romana ditione *Albanus*. defecerunt. qua ratione à Vespasiano & Tito Hierosolyma destructa est, *Florus*. & templum cum ea.

Neroni successit Galba senex, vir vitiosus; qui commisit se totum regendum vitiosissimis seruis; unde omnibus odiosus. Et occisus est in foro à militibus. *Galba senex*

Galbae successit Otho: qui fuerat familiarissimus Neroni; qui vicitus à Vitellio, se occidit pugione. *Otho*. Othoni successit Vitellius nobilis, de gente Vitelliorū, vir pfundæ gulæ, & crudelis; qui à pueritia fuit educatus ī iter meretrices Tyberij, occisus in furore populū. *Vitellius*

Vitellio successit Vespasianus nobilis, de gente Flavia, qui esset dux bellū Iudaici, pNerone. Hic fuit sapiens senex, & utilis reip. Mortuus fluixū vestrīs est. Titus successit patri, omnī, virtute clarus, gloriissimum triumphum duxit de Iudeis simul cum patre. *Vespasianus* *Titus*

Tito successit Domitianus frater, hostis virtutum patris, & fratris, perseguens *Domitianus*.

B ij

DE IMPERIO ROMANO

Nerua senex	cutor Christianorum & Iudæorum. Domitiano successit Nerua senex, satis nobilis, honestus, & modestus; qui adoptauit Trajanum in filium.
Traianus.	Nerua succedit Traianus (cuius maiores fuerat Hispani) summae iustitiae, clemetie, & ciuitatis. Nullus in eo liuor, nulla malignitas. Bonos, & studiosos honoribus, & dignitate auxit.
Hadrianus.	Traiano successit A Elius Hadrianus, ex A Elio Hadriano patre consobrino Traiani, mathef eos ac vtriusq; linguae eruditus, & maximè Græcae. Expeditiones suscepit, Pannonicam, Gallicam, Britannicam, Germanicam, & Iudaicam. Hic Iudæos secundò rebellantes castigauit; ipsamq; Ierosolymam instaurans ex nomine suo A Eliam nominauit.
Antonius Pius.	Hadriano successit Antonius Pius gener Hadriani, vir forma pulcher, insigne magnae literaturæ, moderatissimus, ac benignissimus; qui Romanum imperium plus studuit conseruare quam ampliare, habens in ore illud Scipionis dictu. Malo vnum ciuem seruare, quam mille hostes occidere. Mortuus est ex febre quasi dormiens.
Antonius Verus.	Antonio Pio successit Antonius Verus genet. Pi j cū fratre suo; isti q; duo fratres simul vocati sunt Augusti. Fuit Antonius philosophus, vir omnibus præponendus, nunquam mutans vultum. Mortuus est ex morbo.
Antonius Commodus.	Antonio Vero successit Antonius Commodus filius Veri paternarū virtutum hostis, crudelis, luxuriosus, & omni turpitudine foedatus; qui trecentas meretrices, & totidem pueros in palatio habens, commodis omnibus incommodus, strangulatus est cum Maximino Commodo.
Pertinax.	Antonio Commodo successit Pertinax genere ignobilis, sed moribus nobilis, senex venerabilis, dilectus populo, militibus odiosus; unde occisus est à militibus.
Iulianus.	Pertinaci successit Iulianus Didianus parcissimus hominum, miserrime viuens; unde odiosus populo, desertus omnibus, prætutatus imperio, in palatio occisus.
Seuerus.	Iuliano successit Seuerus, vir fortis, terribilis. mortuus est in Britannia.
Antonius Caracarus.	Seuero successit filius eius Antonius Caracarus, vir luxuriosus; qui Panpinianum Magnum trucidare fecit, quia reprehendebat eum. Occisus est apud Carruras.
Macrinus.	Caracarlo successit Macrinus, homo omnium virtutum, vilissime natus, crudelis, sanguinarius, inuentor nouarū morti. Occisus apud Antiochiā.
Varius Heliodaballus.	Macrino successit Varius Heliodaballus impurior omni bestia. occisus est coniuratione militum.
Alexander.	Heliogaballo successit Alexander filius Varij habens omnes dotes viri probi ac boni; et erat exemplar bonorum principiū. Erat consobrinus Heliogaballi natus ex Mammea muliere Christianissima.
Maximinus.	Alexandro successit Maximinus, natus de regione Thracie; qui fuit magnus, & gigas fortissimus, ferus, asper, superbus. Nullū animal crudelius eo fuit in terris. Occisus est à militibus cum filio suo.
Gordianus.	Maximino successit Gordianus tertius cum Pupieno & Albino. Illis occisis

LIBER I.

cisis fraude militum, hic fuit interfectus à militibus.
Gordiano successit Philippus de Abia (qui filium fecit participem regni) ^{Philippus de Abia.}
vili genere natus; superbè imperauit; nihil laudabile fecit, nisi quod fuit primus imperator Christianus; & ambo interfecti sunt.
Philippo successit Decius de Pannonia, vir strenuus, occisus Philippis. ^{Decius.}
cisis est in medio Barbarorum. Crudelis fuit contra Christianos.
Decio successit Gallus Hostilianus, vir malus, & persecutor Christianorum. ^{Gallus Hostilianus.}
Gallo succedit Valerianus, vir nobilis sanguine, scientia clarus, eloquentia gloriosus, sed infelicissimus omnium. Nam captus à Pacoro rege Persarū ^{Valerianus.}
in misera senectute consenuit, sustinens semper in tergo regem quod ascenderet equum.
Valeriano successit Galienus, filius eius, vir luxuriosus, marcens otio; totū ^{Galienus.}
se dedit voluptatibus, neglecto patre, & imperio; fuit tamen poëta clarus.
Galieno succedit Claudio secundus; hīc habuit virtutem Traiani, pietatem Antonij, prudentiam Augusti. Hic victis feliciter Gothis mortuus est ex infirmitate familiaris.
Claudio succedit Claudi frater Quintilis nomine; hic fuit optimus Roma ^{Quintilis.}
norum; sed mortuo Claudio fratre tenuit imperium decem & septem diebus. & occisus est.
Quintili succedit Aurelianu, vir fortissimus, & in omni genere armorū ^{Aurelianu.}
exercitatus à pueritia. Triphus eius gloriosissimus fuit. Nam Zenobia magnanimā mulierem, quae magnificè vendicauerat sibi Syriā, duxit ante currum triumphalem ligatam aureis catenis.
Aureliano succedit Tacitus, vir consularis, senex, & grauis, temperatus, ^{Tacitus.}
sobrius. Sex mensibus solum imperauit, morbo perijt.
Tacito frater eius Florianus succedit, duabus mēsibus imperium tenuit, ^{Florianus.}
& occisus est militum insidijs.
Floriano succedit Probus de Pannonia, vir probus, nobilis, studiosus, ^{Probus.}
rus. Occisus est à militibus.
Probo succedit Carus, vir fuit medius inter bonos & malos principes. cū ^{Carus.}
exercitu fulminatus est in Perside.
Caro succedit Carinus, cum fratre Numeriano. Fuit Numerianus orator & poëta. Occisus est proditione Apij socii sui. Frater occisus est à Diocletiano.
Carino succedit Diocletianus, vir magnanimus, prudens, alti consilij. Post bellorum magnas victorias Diocletianus senex reduxit se primus ad vitā ^{Diocletianus.}
priuatam apud Salonas.
Diocletiano succedit Constantius cum Galerio; qui facti sunt Augusti, & ^{Constantius.}
diuferunt imperii inter se. Nam Constantius contentus est Gallia & Hispania; cæteras collegæ cessit. Fuit Constantius omnibus amabilis, & venerabilis. Et mortuus est in Britannia relicto filio suo Constantiuo & Helenā. Galerius quod imperasset in Illyrico milites prætorianí Romæ fecerunt imperatore filium Maximianum. Tandem Galerius mortem sibi cōsciuit. ^{Seuerus,} & Post Galerium Seuerus, & Maximianus fratres Augusti imperauerunt ^{Maximianus.}

D E I M P E R I O R O M A N O

- Licinius.** ambo. Maximianus vero in oriente præfecit, Seuerus in Italia. Maximiano succedit Licinius, homo auarus, cupidus, omnium pessimus, luxuriosus. Occiditur a militibus.
- Maxentius.** Licinio succedit Maxentius saeuissimus, Christianorum acerrimus persecutor, magus, crudelis; qui tandem cum magna parte suorum satellitum in flumen submergitur.
- Constantinus Magnus.** Maxentio succedit Constantinus Magnus Constantij filius matre Helena in Britannijs natus, literis & moribus optimè institutus, totusq; religio ni Christianæ deditus, eius auspicio cum Maxentio coifxit tyranno, quo in gurgitibus absorpto Liciniū etiam superauit, Magnijs cognomen meruit; et CHRIS T V M ab omnibus coli præcepit; Bizantium instaurauit, suoq; nomine Constantinopolim & Neoromam appellauit, adeoq; in ea amanda sollicitus, ut multas ornamentis & delitijs spoliauerit vrbes. Se nex quum pararet copias in Persas veneno a ministris ad id parato perijt, & Constantinopoli cum genitrice Helena sepultus anno ætatis. lxxv, imperij. xxxij.
- Constantius Cœstani.** Constantino Magno succedit Constantius cum Constante fratre filij Constantini, hi duo tenuerunt imperium. Constans factus Arrianus persecutus est catholicos. Tandem occisus est. Cui succedit cōstans frater eius, vir tēperatus, & placidus, quantus Arrianus.
- Iulianus Apostata.** Successit ei Julianus eius consobrinus, dictus Apostata, vir liberalis, literatus, eloquens, memoria excellens, cupidus gloriæ, perfidus tamen, & fidei inimicissimus; unde vocatus Apostata. Hic odio capitali habuit Christianos; quibus interdixit disciplinarum studia. Tandem transfixus telo in defertis Parthiæ ab uno milite ignoto perijt.
- Iouinianus.** Juliano succedit Iouinianus, pulcher corpore, laetus animo, largus, eloquētia plenus.
- Valentinianus.** Iouiniano succedit Valentinianus a Pannonia, verus Christianus, vir pulcher, prudens, probus; hic post multa bella mortuus est subita sanguinis effusione.
- Valens.** Successit Valens; qui tanq; Arrianus persecutus est catholicos; unde præcepit, ut monachi militarent; sed a Gothis occisus est perditio exercitu, & viuus crematus est.
- Gratianus.** Post mortem Valentis frater eius Gratianus factus est imperator iuuenis, catholicus, & fidelis; sub quo tota Italia recessit a perfidia Arrianorum.
- Valentinianus.** Gratiano succedit frater eius Valentinianus; iste vir bonus expulsus est e Gallia a Maximino tyranno, & strangulatus est Viennæ.
- Theodosius Magnus.** Valentiniano succedit Theodosius Magnus, optimus imperator Christianorum, similis Traiano, a quo originem traxit; iste expulit Arrianos, & celeriter mortuus est.
- Archadius et Honorius.** Theodosio succedit Archadius filius eius in oriente, & Honorius in occidente; ambo viri boni non degenerantes a patre; sub quorum imperio Alaricus rex Gothorum cepit Romam cum furore, & spoliauit.
- Theodosius junior.** Honorio succedit Theodosius junior filius Archadij. Et tempore istius Carthago

L I B E R I.

- Carthago capta est à Geneserico rege Vandalarum.
- Theodosio succedit Valentinianus in occidente, tempore isto Achilla, qui Valentinianus dicebatur flagellum dei crudeliter afflixit Italiā; a quo Aquileia euersa. Valentinianus occisus est Romæ ab uno milite.
- Succedit Valentiniano Martianus, quo tempore Gēsericus rex Vandalarum cepit Romam, & spoliauit similiter Capuam, cum Campania. Martianus occisus est coniuratione suorum.
- Martiano succedit Leo; qui imperium Constantinopolitanum inuasit. Leo.
- Leoni succedit Zeno Leonis gener. Zeno.
- Zenoni succedit Anastasius; qui factus est haereticus pertinax; sed iusto Anastasius: dei iudicio fulmine est percussus.
- Iustinus maior succedit Anastasio, vir catholicus, pius, & misericors. Iustinus.
- Iustinianus eius nepos succedit illi in imperio; princeps iustus, Africam Iustinianus. liberauit de manib; Vandalarum, & Italiam de manib; Gothorum.
- Et mortuus est feliciter.
- Iustinus minor succedit Iustiniano, ho auarus, rapax impi, & haereticus. Iustinus minor.
- Tyberius tertius succedit Iustino, vir largus in pauperes, verus Christiæ nor. Tyberius.
- natus perfectus, sapiens, iustus, de Persis triumphavit.
- Mauricius gener Tyberij, vir uirtutis reipu, tamē occisus cum duobus fīiis à Phoca Cæsare. Mauricius.
- Phoca occisor Mauricij obtinuit imperium; hic priuatus est vita & imperio ab Archadio, qui regebat Africam, Phoca.
- Heradius succedit Phocæ cum suis filijs, & Cōstantino secundo; quorum temporibus Mahometus pestilentissimus draco in Arabia fecit Alchoranum & sectam Saracenorum. Heradius uel Heraclitus.
- Heradio succedit Cōstantinus tertius crudelis; qui Romā & Italiam spo Cōstantinus. liauit omnibus suis ornamenti. Occisus est in balneo.
- Constantino succedit frater eius Heraclion; iste nequissime rempub. admī Heraclion. nistrauit. A populo occisus est.
- Heraclioni succedit Constanus filius Constantini dolo necati, vir infidelis, Constan. & malus.
- Constatinus quartus filius eius succedit illi vir bonus, & catholicus; qui Cōstantinus. pro fide pugnauit contra haereticos. Mortuus est in pace.
- Iustinianus secundus filius Constantini tertij succedit illi; qui liberauit Iustinianus. Africam de manib; Saracenorum; fuit tamen schismaticus.
- Iustiniano succedit Leontinus; iste Saracenos ex Africa exterminauit. Leontinus.
- Tyberius succedit; cui succedit Iustinianus tertius; iste multa magnifica fecit, tandem occisus est a Philippico. Tyberius.
- Philippicus succedit Iustiniano a se occiso; sed priuatus est regno & oculisab Anastasio. Philippicus.
- Anastasius secundus dictus Arthamus tenuit imperium.
- Anastasio succedit Theodosius tertius; qui Anastasiū graui prælio vicit; Anastasius.
- quem sacerdotem fieri fecit.
- Leo tertius succedit, homo malus; qui imagines Mariæ & sanctorum in Leo tertius.

DE IMPERIO ROMANO

publico fecit cremari.

Constantinus quintus Leonis filius, pector patre, persecutor ecclesiae; qui multos monachos, & verè catholicos occidit, vacans impiè magis arribus.

Leo quartus. Leo quartus successit, hic filius Leonis dignus patre suo, in virtutis succedens.

Constantinus. Successit Leonis filius Constantinus sextus cum matre Hyriene, mater vero cæcauit filium, & sola regnauit quinque annis.

Nicephorus. Nicephorus successit; hic aegrè ferens Hyrienes mulieris imperium cū dolo captam in Lesbon insulam relegauit; iste superatus à Chrunco Belgarum rege occubuit.

Scauratus. Successit patri filius eius Scauratus; qui cum Saracenis dissidens multa diuersis in locis accepit incommoda. Tandem in prælio mortuus est.

Michael. Michael post Scauratum sororium suum imperauit, vir sanè pius, & sanctarum traditionum amulcor. huius temporibus vix imperium etiam nomine vigebat; nam illud in oriente barbari continuè occupabant; & Romanis, quum à bello destituti, ad Gallos respiciebant. Quare in sequentibus non fiet mentio de Græcis imperatoribus, verum de Carolo Magno & successoribus.

De imperio

DE IMPERIO GALLO'

RVM LIBER SECUNDVS. Caput I.

CAROLVS Magnus ex Pipino rege Gallie & Berta filia Heraclij Bizantini imperatoris genitus Saxones triennali bello vicit, & vera pietate instituit; Saracenos ex Hispania propulit; Sclavos, Danos, & Boianos in ditione suam redegit; Hunnicū confecit bellum, unde illi post ingentia facinora Magni cognomen datum. tempore Constatinii huius nominis ultimi (vt scribit Geruasius regni Arelatensis marescalus, Henrici regis Angliae nepos in libro de mirabilibus orbis) ciuitas Burdegalensis à rege Hispanorum Abderiana obsidebatur, & Arelate cum sua prouincia à gentibus premebat. Carolus Magnus rex Francorū ab Sodone principe Aquitanie in auxiliuni sua defensiois accitus in suburbio Pictauensi Saracenos vincit, & fugat cum triumpho. Franciam cum gaudio regressus. Quare papa Gregorius minor in festinatione Saracenorum in Arelate ciuitate patienter non sustinens, post quadriennium huiuscemodi calamitatis metuens, ne ad ulteriores partes gentilis furor creceret, Carolum Francorum regem missis ei clausibus sepulchri apostoli Petri, & vinculis eiusdem muneribus tantis, inuitat, vt à partibus imperatoris Græcorum recedens Romani senatus patriacitatem ac patræ pater efficiatur. Quod humiliiter ac deuotè suscipiens Carolus in Romanū eligitur patritium, ac dictatorem perpetuum. Tunc Carolus strenuissime pro fide pugnat, ac Romanæ reip. curā gerens. Hæc Geruasius. Hic Carolus postea victo Desyderio rege Longobardorum in Italia apud Ticinū (q nunc Papia est) venies Romæ electus est iperator à sena carolus electu & populo Ro. & confirmat à Leone pontifice; cui datū est imperium Romanū & suis successoribus in perpetuum, quia adiutor erat ecclie, vt pdixerat diuus Augusti, antea lib. de Antichristo ita scribēs, Fuerūt ex antiquis, qui dicerent Antichristum non antea in mundum esse venturum, nisi venerit primū discessio, hoc est, nisi discesserint oia regna à Romano iperio qui prius subditū erat. Hoc autem nōdum aduenit; quia licet videamus Romanū imperium ex magna parte destructū, tñ quādiū reges Gallorū durauerit, qui Romanū imperium tenere debet, Romana dignitas ex toto nō peribit, quia in regibus suis stabit. hec diuus Augusti, tanq propheta vaticinatus est. Et vt Geruasius (quē supra citauimus) regni Arelatensis marescalus scribit, Carolus Magnus pro rep. pugnans tandem nomen in ultimis vitæ sue terminis assumpit imperium cum sua posteritate; vt qui Romani defensor erat imperij, quinimo cælestis regni patronus, pro tantis meritis vna cum posteritate sua inter homines Augusti nomen acciperet, & inter cælestes aulicos miles CHRISTI fortissimus prædicaretur. Extīc apud Latinos est terminata Græcorum potentia; Romaq̄ recepit amissum nō domini nūm. Quæenam frena totius orbis tenuerat, nūc sua moenia cohibere nō sufficit; nulliq̄ plus infesta q̄ suo imperatori, dum duos dominos contendit inter pontificium posita, & imperium, vnum excludit, alterum con-

*Carolus Pi-
pini filius.*

*Carolus Ma-
gnus contra
Saracenos.*

*Pontifex Ca-
roli inuitat.*

*carolus elec-
tus impera-
tor.*

*rum impera-
toribus.*

*Geruasius re-
gis Arelaten-
sis maresca-
lus.*

*Apud latinos
terminata gre-
corum pot-
tia.*

C

L I B E R II.

Arrianos factos bonis monitis ab errore reuocare: potuit & Britones sic
mollire, vt mox sint sita sponte religionem complexi: adeo cūcā probitati
parent. Ad hunc modum nostra spiritualis resp. hoc est, Christiana religio
vt praestantior reliquas omneis velut humanas dissoluīt, dissoluetq; perpe-
tuō, siquā eam docent, cum primis recte seruarint.

MOS VNGENDI REGES, IMPERATORES, & Sacerdotes.

Caput VI.

Moses Hebreorum legislator, quorum tabernaculum aedificaret, fuit
illi à deo præceptum, vt sacram conficeret vnguentum, quo ipsum
opus vna cum vasis, ac simul sacerdotes, & reges perungī possent, qui vo-
carentur ad sacerdotium vel regnum, quo facto vsus inde obtinuit, vt quēad
modum olim Romanis imperatoribus indumentum purpuræ insigne cū
chlamyde blactea regiae dignitatis assumptæ, sic Hebrais vncio sacrifici vnguen-
ti nomen ac potestatem regiam cōferret. Quapropter Aaron & filij
eius primitus à Mose, postea Saul Hebreorum rex à Samuele propheta
Insignia ipse-
ratoris Ro-
mani. loquitur) vas olei super iuuenis caput effundit, eumq; complexus ait, Esto
tu rex cōstitutus à deo, sic Christiani oēs quū baptizantur, sic aedes quū cō-
secrantur, vna cum calicibus chrismate linitur. Quod primus diuus Syl-
vester fieri præscripsit. Sed qualiter CH R I S T V S affectus sit David
testatur dicens, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te
deus, deus tuus oleo lætitiae præ participib; tuis. Sic indicat, q; vncius sit
deus à deo, nō oleo cōmuni; sed oleo lætitiae, id est, illi qui in imagine p̄ces-
serant, sed præ participib; suis. Per olcum vero lætitiae in sacris literis my-
stico sensu spiritus sanctus designatur, de pontificatu eius idem alibi dicit,

De pontifica
tu Christi. Iurauit dominus, & nō penitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundū
ordinem Melchisedech. Manauit ad posteros huiusmodi regū atque sa-
cerdotum consecrationis ratio, qui nunc apud nos. Legimus quatuor con-
secrationis modos, primus more Mosis & Samuelis oleo cōmuni, secundus
more imperatoris & regum ex oleo sacrato vel chrismate, tertius more re-
Oleū cōmu-
ne oliuarum. Oleū cælitus gum Francie sacra vunctione cælitus demissa, cum aurea flāma, quæ vexil-
demissum. Ium est Gallorum regum, quartus more CH R I S T I oleo lætitiae: de
Oleū lætitiae. qua legitur vunctione ac pontificatu apud regium prophetam tanq; ex per-
sona patris de filio pronuntiantis, De ventre (inquit) ante luciferum genui-
te: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, & alibi,
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus oleo læ-
titiae, id est, spiritu sancto. Hic autē Melchisedech sacerdos fuisse dei summi
refertur; sed quia non oleo communī perunctus, neq; ex successione suscep-
perit sacerdotium, sicut apud Hebreos mos erat, ideo secundum ordinem
eius sacerdos futurus dicitur. CH R I S T I autē sunt, qui spiritu sancto
vaguntur: ergo & dominus noster iuste vocatur CH R I S T V S. Iam
liquidō

LIBER III.

liquidō constat, quid aliquando exponere polliciti sumus. Chrisma ve-
rō Græca vox est, & idem latine sonat, atq; vnguentum siue vncio. Fie-
bat autē myrrha electa, iredo, cinamomo, & calainis qui teste Plinio in Ara-
bia, Indiā, & Syriā, odorati nascuntur, quæ simul contusa oliuarum oleo
miscebantur; sic vnguentum suauissimū cōficietur, quo Moses ipsos sa-
cerdotes & tabernaculū illiniens purificauit. author Iosephus lib. ij. anti-
qui, At nostri ex oleo & opobalsamo, quod est balsami lachryma, chrisma
faciūt, quo imperator Alemannorū vngitur. Gallorum vero rēx nō chri-
smate vngitur, sed vncione ex cælo demissa, nō re humana & naturali, sed
diuina & à CH R I S T O transmissa; & hoc ea ratione fit, vt in regē Gal-
lorum per impositionē diuini olei, per manus Remensis pontificis sp̄ritus
sanctus infundatur huberius, quod ab apostolis fieri cōceptū nō vno in loco
in actis testatur Lucas. Quapropter dicere possumus regem Gallorum
propter dona à deo antecelsoribus suis data omnibus imperatoribus acre-
gib; esse p̄ afferendum, eō etiā quia Galliæ regnum vna est vinea ecclie
sæ digna, de qua vaticinatū est per Isaia cap. v. dicētem, Vnica facta est dile-
ctio mea in cornū filio olei: & sepiuist eam, & lapides elegit ex ea; & planta
uit vineam electam, & aedificauit turrim in medio eius, & torcular extru-
xit in ea. Per quam vineā (vt Nicolaus Lyranus scribit) regnum Galliæ in-
telligitur; quod regnum dicit else nubem candidam, quam præuidit Io. in
apoca. xiiij. cap. quum sit moribus & fide præ cæteris candidū, ac relucēs.
potest etiam dici ciuitas, quam præuidit Io. in apoca. cap. xxij. dū ait, Vidi
sanctam ciuitatem descendentem de cælo à deo paratam, sicut sponsam or-
natam viro suo: & audiui vocem magnam de throno dicētem, Ecce taber-
naculum dei cū hominib; & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erūt,
et ipse deus cum eis erit eorum deus.

IN SIGNIA REGVM IMPERATO-

rum & heroum.

Porus rex Indorum quum aduersus Alexādrum Macedonē pugna-
ret, Herculis simulacrum agminī præferebatur maximū, ad debellan-
dum incitamentum, flagitium tetur existimari, si quis id signū in acie de-
seruisset, capitale erat ihs qui illud in pugna amisiilent; tintinabula pro tu-
bis aures cīrcūsonabant, ad quorū cantum bellatorum aures demulcebā-
tur. Item ultimum Tarquinio bellum cū Hetruscis ad Hereū fuit. Sed dā-
natis armis toties infeliciter motis Hetruscī maiores natu mittunt, vt pa-
trum quibuscunq; legib; possent, cum Romano rege componerēt. Tar-
quinius solam confectionem principipatus ab eis petiit; libertatemq; pri-
stinam iura seruaturum se pollicitus: irrent, & suorum populorum animos
explorarent, an caput & arcem imperij Romam dicī vellent; tū si ea res
impetrata foret, futurum. vt cætera conuenirent cum ihs. demissi legati, qui
haud multo pōst cum principatus insignib; affuere, insignia ergo illi ad
regem attulerunt. Hęc dicuntur, corona aurea, sella eburnea, sceptrum ha-
bens in summa cuspide aquilam, tunica purpurea. Fuerunt qui & xij. se-
cures (quæ deinceps reges, & consules, qui post illos securi sunt, præceſſe-
E

DE IMPERIO GERMANICO

rūt) inde sumptas crederēt. Strabo p̄ter cætera iſignia ab Hetruscis accepta adiicit & tubas, Targni iuidiā declinās eorū vſum nō priꝝ recepit, q̄ de ea re p̄es certiores facti ſint. ea oīa ornamēta ſūmi ī vrbe magifrat⁹, corona- tū & picta toga adēptis, poſt exactos reges vſurparūt, dona & iſignia Cā- byſis regis Persarū ad AEthiopū regē, q̄ legati Persarū tulerūt, fuere, pur- pureū amiculū, aureus torqs, armillæ alabaſtrū vnguēti, & Phoenicel vini- cadus. q̄ de ariete aureo tradita ſūt, in fabulis haud dubiē p̄ vanis refellunt. Fuerūt q̄ traderēt Thebā pedagogū Phryxi Arietē vocatū, q̄cū puero i Col- chidē delar⁹ ab Oeta patrio ritu fuerit Diana ī molat⁹, pellisq̄ cadaueri de- tracta in tēplo de more ſuſpēſa. Adiicit Phryxū Gabro Scytharū regi do- no datū, quū ille flore ætatis vel idole potius conciliat⁹ poſtremō ſit hæres relict⁹. Oeta iterim oraculo doc⁹ fore, vt qñ arietis, q̄ aræ fuerat admot⁹, ex ſacro ſpoliū luco eximereſ audacissim⁹ hospit⁹ manu, tū demū mortē occū beret: eo monitu exterrit⁹, pelle auro illit⁹, vt diligēti⁹ afferuareſ, tēplo itu- lit: ſacerdotes cuſtodesq̄ loco adhibuit, q̄ prigili ſtatōe fatales exuuias vi- Allobrogum fraudeq̄ tuerenſ: eo enim fabuloſo vellere olīm Allobrogū ac Burgūdionū iſignia. reges, & nūc duces in Medeæ ac Iasonis memoriā p̄ ſigno ac iſignib⁹ vte- bant. Nō p̄teribo huic loco adiicere, q̄ pſeueraſt ad hanc meā æratē fama, iſignia anti vulgatū ab authorib⁹ accepī, fuſſe regib⁹ Frācī bufones treis, nobilitatis qua Franco- qđē iſigne: fed Clodoueo Christianis ſacrī initiatō demifſum cælo eſſe id, rum. qđ nūc reges geſtāt, lilia aurea, qđ ſub eſt cæli ſereni color quē aſurū Frāci Lilia cælo de dicūt. Ad hāc rē mīhi aſtipulat̄ diuī Bartholomæi monaſteriū, quod Gau- muſſa. diuī vallis appellaſ, vbi fons hui⁹ miraculi teſtis ab incolis oſtēdit. Traditū quoq̄ eſt pānū ſericeū, rubrū, iſtar ſigni militariſ q̄dratū, miro fulgore ſplē- dentē diuiniſt esse excepūt, quo in expeditiōnib⁹ cōtra fidei Christianæ ho- Auriflāma. ſtes p̄ ſigno Frāci reges vterenſ: hincq̄ vexillo nomē Auriflāmā hactenū pmansiſſe: diuīq̄ à Dionysianis Cœnobitiſ afferuatū eſſe. Vlteri⁹ Crotildis regina Remigij pōtificē cōurenit: atq̄ ad Clodoueū regē itroduxit: quē ad ſe admiſſū rex diligēter audijt de fide & CH R I S T I religiōe diſſerentē. Dies abluēdo regi iđicif: para to ingēti ornatu lauacro cū ſacrosctū oleū, q̄ linīri ritu Christiano q̄ abluūt ſolēt, ſiue mīſtrorū icuria, ſiue hoc agēte deo illatū nō eſſet, ecce de ſupiſ delapſa colūba phialā (quā ampullā vocat) odo- ratiſſimi liq̄ris oppletā ad manus Remigij detulit. Creditū eſt ſpūs dei mi- niſterio id ppetratū eſſe. Eo liq̄re Clodoue⁹ p̄imū, posteri deinceps Frācorū reges hacten⁹ regnū admiſtraturi ſacrāt: vt ego ipſe vidi i coronatiōe Chri- ſtianissim⁹ regis Frācīſci huī noīs p̄imī Remis i cathedrali ecclīa. De iſi- ueterū frācīe regū. gnib⁹ regū Frācorū abbas Trītem⁹ ſcribit, Bo tpe, q̄ bellū Frāci cū Roma nīs ceperūt, iſignia hæc ſumpferunt, Ranas tres, quas olīm ex Scythia in albo vellere adduxerunt, leonē cū anteriore corporis pte i vellere blauij colo- ris depīxerūt, pedib⁹ ad capturā extēſis, & ore fremētis, cui⁹ iſeritor p̄ ſcorpiis i caudā ſerpētis deſinebat, qua collū aglæ deſubt⁹ in vellere aureo expāſis alis depīcta fortis alligatū videbat cōprimere & ſuffocare. Quib⁹ iſignib⁹ Frācorū reges vſq; ad Clodoueū vſi fuerūt, q̄ p leone tria lilia demissa cæ- litus aſſumpſiſſe dicitur.

Liber

LIBER QVARTVS DE ORIGINE ET GENEALOGIA CA- ROLI MAGNI, & an fuerit Germanus, vt falſo afferunt Germani, an vero gallus & in Gallia natus.

Caput I.

Impore Theoderici regis Francorum inertiā regum præto- rīo p̄raefectus à rege proximā dignitatē obtinebat. Ad quam potentissim⁹ quiq; Francorum ſumma contentiōe nitebātur. Et Pipinus ex regno Austrasiæ natus ducis Austrasiæ filius pipinus dux (quam prouinciam nunc Lotharingiam vocant) palati⁹ p̄raefectus Austrasiæ eturam, quā pater obtinuerat p̄incipū ſuffragio per variō ſcasus eſt na- pater Caroli ctus. inde Theodericus ē vita migrat vnde uigesimo ex quo regnare coepit Martelli p̄- anno. Clodoueus in patris locū ſubrogatus tertio p̄oſt anno naturæ con- ſtitutus palati⁹ cefſit, Chidelberto fratri relicto regno. Chidelbertus huius nominis tertius ſit Pipinus us, & in regia. xv. in rebus humanis haud diu fuit: ſuperſtiteq; Dagoberto fuit filius Au- filio moritur. Dagobertus aliquādiu iperij gubernacula, poſt mortē ducis gefisi q̄ fuit Austrasiæ Pipini, de quo paulo antē facta eſt mērio, retinuerat: oīaç̄ age major domus Francorum. hominem Dagobertus absq; prole. Et iam regiū genus à stirpe defecerat. Augēfius e- rat filius S. Arnu'phi q̄ erat de ſan- guine regum Francorum. Plectrudis no- uerca Caroli Martelli. Martellus Carolus ducis Pipini filius effracto carcere, laxatisq; vinculis. Daniel p̄ra- in que cōiectus à Pletrude nouerca fuerat, raptim ſumptis armis ad aſlerē feſtus palati⁹ dam palati⁹ p̄raefeturam, quam pater eius obtinuerat, aduolat, egrelis ob Carolus Mar- uiām Chilperico rege, & Rangrefredo, q̄ tum p̄raetorianis impositus erat. tellus Pipini. Ipſe Chilpericus rex in fidem Cudonij Vasconum p̄incipis & ſocij con- filius. fugit. Carolus vero Martellus aſſumpta hæreditario iure debita ſibi p̄ra- feſtura Chilpericum reſtituit in regnum: totam tamē imperij ſummā Mar- tellus apud ſe tenebat. Is & Sueuos & Hispaniæ regē, cui nomen Abdi- maro, iuſto p̄aſlio ſuperauit: Burdegalam & Pictauium recepit, ab Abdi- maro occupatas vrbes. Quumq; per annos. xxxv. Francorum rem felici- ter admiſtrasset, obita morte ad ædem Dionysij cōdītus eſt, in maſteolo, Mors Caroli quod etiā nunc ex alabastro viſitū, antē diſtributo liberis imperio. Caro Martelli. Io Magno concesſit Austrasiam, ſiue Lotharingiam: Pipinum p̄raetorianis imposuit, & Gallis, qui ſui iuris erant. Carolus Magnus religiōe diuinoq; cultui mancipatus aliquandiu vixit. Demū quietioris vitæ deſyderio mi- grauit in montem Caſinum, omni ſerū cura Pipino fratri relicta. Pipinus huius noīs ſecundus ob ignauiam Chilperici, decreto Zachariæ Romanī

E ij

DE GENEA. CAROLI MAGNI

Pipin⁹ ex parte prefec⁹ palatij rex creatus est. Ipse Childericus in pristinū redire statum coactus habitum monachi rursus accepit. Interim Pipinus iterum superatis alpibus ope laborant Stephano Romano pontifici contra Longobardos attulit; quibus acie vicit ipsum Stephanum pontificali fastigio restituit. Idem senatorū consilia primus constituit; & si non ea, quę nunc eorum forma tunc erat. Nam lege sanxit, ut semel in anno principes eō conueniret, quō res ediceret, partim litibus iudicandis, partim consti-
 tuendo regno. Principes etiam senatus elegit, qui curiae praesessent. Ii semper ipsum regem comitabantur; deniqz domiciliū locum Parisijs acceperunt. Vbi Pipinus vita functus ad eadem diui Dionysij iuxta patrem Carolum Martellum sepultus est, in alio tamen conditorio, quod ipse viuens faciendum sibi curauit. Pipino patri successit filius Carolus Magnus; de quo superius differuimus diffusius. Huc Carolus Germani, & cū illis Aeneas Sylvius imperatoris Alemanni secretarius voluerunt fuisse Germanum, & in Germania natum, quem dicunt mensibus & ventis Germanica indidisse vocabula; sed quum haec fictitia sint, futilia, & vana, nec alii quo tueri possint digno authore, praeterq Germano aut Germanorū famulo, in hoc vnicō gloriari non me pudet, qd quum Germani nullum fere imperatorem habuerint, qui sua aliquanta clara facinora (siqua interdum gesserint) aliqua impietate aliquove horrendo scelere nō foedauerit, Gallicos ipsi accersere nituntur viros, quorum egregijs ac prope diuinis gestis sui imperij maiestatē celstitudinemq & illustrare, & decorare, suis satis nō existentibus, debeant. Sileant ergo & Sebastianus Bran, & Jacobus Vinperlingus, ac illorum collega Sylvius Aeneas; & alium querant imperatorem Germanum, qui Germaniam illustret. Carolus enim Magnus Galus fuit, & Galli filius, & in Gallia natus ac genitus. Defuncto enim Clodoueo regnum Gallorū quatuor in partes est diuisum inter eius filios; ex iis Clodomirus Aurelianenses, Clotarius Sueffiones, Chilbertus Parisios, Theodoricus Metenses siue Austrasie regnum est sortitus. Ex quo Austrasie regno Pipinus dux, & filius eius Martellus, & Pipinus rex filius Martelli, & Carolus Magnus eius filius nati sunt & pfecti. Hic Carolus in expeditionis apparatu contra Saracenos, qui tunc Hispanias obtinebat duodecim, quos aiunt pares, instituit; quorū sex essent ex collegio sacerdotum, tresq rursum eorum duces Remensis archiepiscopus, Laudimen sis, & Lingonensis episcopi, tres item comites episcopi Bellotracus seu Belouacensis, Nourionensis, & Catalaniensis; reliqui vero forent ex eo homini genere, qui non sunt mitrati, quos graeco nomine Laicos vulgus vocat, tres duces Burgundus, Normanus, & Aquitanus, totidē comites Capanus, Flandris, & Tholosanus. Hic Carolus Hunnos profligauit; optimarum artium scholas instituit, & studiorum conuentum non in Germania, sed Parisijs, & vniuersitatem vocauit. Querant igitur alium Germani imperatore, quam Carolum Magnum; fuit enim ipse Gallus non Germanus in Gallia genitus, ac natus, & nutritus.

Imperatorum

LIBER III.

IMPERATORVM GERMANO
rum catalogus, & quo modo de genere in genus descend-
derint.

Caput II.

TEmporibus illis, quibus illustrissima Caroli Gallorū regis progenies plena felicitate rerum summa potita fuerat, Germanorū nulla prosperitas ob illius claritatem emergere potuit; postq vero Caroli Magni posteritati inclinationem fata trahebant, mox Saxonum duces omnibus Germaniis virtute, q facultate præstantes imperium potius q. Rorij Germani manum adepti sunt; & primi imperatores Germanorum initiantur tres initium imperij Germani ci. Otones. Horū deficientibus liberis, ad Bauaros deductum est imperium per S. Henricum eius nominis secundū, qui nullos procreauit liberos. Inde Henricus. ij. ad Conradum. ij. imperium ad Francos delatum est. Hinc successorū Hē. Conradus. rici. Inde Conradus Francorum dux deficiente Henricorum progenie imperator initiatus est. Ductu Henrici quarti patris Agnetis eius matris ad Henric⁹ quar Sueuos delatum est. Foedericus inde primus fuit imperator. Inde Hēricus tus. sextus, Foedericus secundus, Conradus, & ali⁹ successorunt. Et sic postq re Foedericus rum summa ad Germanos deuenit, nullus præterq iste, q nunc Germanis primus. imperat, Carolus, qui in Gallia natus est, nisi Germanus imperio præfuit. Hēricus. vij. Inde ad duces Austriae per Albertū filiū Rodolphi de habspug, post quē Carolus im ad Henricum Lutzelburgen, paulo post ad Bauaros per Lodouicū ducē, perator in quo mortuo Guntherus quidā ad imperij sublimitatem deuenit. Deinde Gallia natus, ad Lutzelburgēles imperium Sigismundus detulit; quod duces Austriae Lutzelbur inde ductu Alberti Foederici Maximiliani occupauerūt, & rexerunt, quo gens imperium ductu & felici sydere adhuc moderatur per Carolum Hispaniarum tores. regem Gallum nativitate, etsi originem habuerit ex Austria per Maxi- Bavari imper ratores. milianum auum suū Germaniae imperatorem. Est præterea tam diuersa genealogiarū ratio, vt saepe cum earum scriptoribus contulerim, raro īm- Duces Au- uenerim, cuius opinionem potius ego ducerem esse mihi īmitādam. Quā strie impera torum igitur totum, & potestas omnis Germanis commissa sit, non video cur īm perator ille Germanorū potius, quam Romanorū nō dicatur, tū quia iuris & potestatis eligendi Germani compotes sunt, tum quia & antiqui scri ptores Germani hos Germanorū imperatores dixerunt potius, quam Ro manorum.

DE INITIO AC ORIGINE IMP E
ratorum, ac de vera monarchia apud antiquos, & de quatuor temporibus imperij.

Caput III.

FVit sacratissimum imperium exiguum penes Assyrios primitus; & ob desidiam Sardanapali ad Persas deuenit; quod inde virtute Alexadri Assyriorū ī perium. Magni Græci occupauerunt. Græcorū claritati rerum summā Romani Græcorū ī abstulerunt, & ab eius splendore tantam sublimitē assediti sunt, vt magna scriptorum pars ad describendā eorum amplitudinem adeo occupata Romanū īma fuerit, vt proprios libros de eorum claritate conscriperit, quēadmodum perium. Plutarchus, Lucianus, ac ali⁹ non tamen cōditione mortalitatis humana rum rerum status ille diutius subsistere potuit ob varios bellorum ciuitū, E ij

DE QVATVOR TEMPORIBVS

ac regum malorum vultus: unde ad Romanos defluxit, & partim in Italia
 Quatuor sib tot bellorum fluctibus remanens a Longobardis demum interceptus est:
 principia a- & sic imperium Ro. in occidente fere extinctum: & diutius subsistere non
 pud medicos potuit. Præterea quum apud medicos morbi quatuor habeant tempora,
 Principium principium, ascensum, acumen siue statum, & declinationem, sic & imperium
 imperij. quatuor habuit tpa, principium apud Assyrios sub Sardanapalo, ascensum
 Ascensus. habuit apud Persas sub Cyro & Dario, acumen apud Græcos sub Ale-
 Acumen. xandro Magno, quod inde virtute Augusti Cæsaris Romani occupau-
 Declinatio runt, declinatio vero imperij incepit in Constante & Constantio filijs Con-
 imperij. stantini, quu*m* iuism inter fratres fuit imperium sc̄ ad Nicephorū patritiū,
 & Scauratiū eius filiū imperatores. in quorū temporibus vix imperium etiā
 nomine vigebat: nam illud in oriente barbari cōtinuē occupabant: & Ro-
 mani iam a bello destituti ad Gallos respiciebant.

DE IMPERIO GALLORVM, ET eius quatuor temporibus.

Caput IIII.

Tempora qua tuor morbo- **Q**um morbi (vt iam diximus) quatuor habeat tempora principium, ascensum, acumen, & declinationem. Nam nisi morbi naturā præfaram ac impe- giamus & temporis mutationem, non satis idoneam adhibere curam poter- rij Gallici. rimus:) sic & imperium occidentis quatuor habuit tempora, videlicet prin- clodoueus de cipium sub Clodoueo Gallorum rege. Fuit autem Clodoueus a diuino Re claratur ipa. migio Remensi pontifice ex aqua lustratus, & oleo, quod a columba cæ- ab Anastasio litus allatum rumor est, vngitur. Itaq; Clodoueus accepto vero dei cultu Burgudiones, Aquitanosq; & Gothos bello domuit. Quare Anastasius imperator misit, qui Clodoueo suo nomine de præsentī rerum successu gratularentur: attuleruntq; illi tunicam blaſteam dono, qua soli vtebātur imperatores: quare Clodoueum patritium, cōsulem, & Augustum Ana- stasiū nomine appellarunt: & sic in Clodoueo incepit occidentis imperium. Ascensus im- Ascensus vero imperij occidentis sub Pipino filio Martelli ducis Austra- piij occidētis siae incepit: qui Pipinus superatis alpibus opem laboranti Stephano Ro- sub Pipino mano pontifici contra Longobardos attulit, quibus a se vicit ipsum Ste- phanum pontificali fastigio restituit: idem senatorum consilia primum in- stituit: principes etiam senatus elegit, qui curiae præfent. Ii semper ipsum regem comitabantur. Acumen imperij occidentis siue status sub Carolo qui a magnitudine rerū gestarū Magnus est appellatus, incepit. Is Hadriano pontifice Romano per legatos implorante copias in Italiam duxit aduersum Desyderium ultimum Longobardorum regem: quo superato sua restituit ecclesiæ: Saxones ad annos. xxx. producto bello domuit, & adver- rum dei cultum compulit: in expeditiōnis apparatu contra Saracenos, qui tunc Hispanias obtinebant. xij. pares instituit: Hunnos idem profligauit: a senatu & plebe vocatur Augustus: et tandem a Leone pōtifice coronā atq; imperij insigne consecutus est. Declinatio imperij occidentis & Gal- licī incepit sub quatuor Berengarijs, sub Hugone Arelatēsi, & Conrado Alemanno, & Henrico pariter Alemanno. Lothario Burgundo. Et sic fa-cta est declinatio imperij, & est diuīsum imperium Gallicū: quia aliqui impe- rauerunt

LIBER

III.

rauerunt in Italia sicut, quatuor Berengarij: atq; in Alemannia, sicut Con- radus, & Henricus usque ad Othonem primū. Et reges Gallorum impe- rabant, sperantq; semper in Gallia. Et sic mansit imperium Gallicū, & adhuc manet, manebitq; (vt diuīus Augustinus scribit) usque ad Antichristum. Diuīus Augu-
stinius de ipe-
rio Gallico. Fuerunt semper a Clodoueo citra bellū opinione ac virtute ceteris præ- stantiores Galli, qui tunc temporis non solum huiusmodi Christiani, verū & omnis virtutis imperium assumpserunt: bellica dexteritate eminentissi- mos quosq; superauerunt. Ii per Clodoueum & Carolum Magnum vir- tutis instanciū, & dijs præsentibus rerum summa potiti sunt, ac tot anis re- tiuerunt, vt nulla gens reliqua legibus in Galliæ imperio, quod in suis regi- bus firmatur, constitutis, aternitati imperij ita consuluerunt, vt ipsis pro- prium ac perpetuum desumpserunt. Hoc vnum Gallicæ nobilitatis argu- mentū, sed maximū est, cui totius terræ nobilitas, & si in vnum fascem re- digeretur, haud facile responderet, quo minus ex æquo ac promisso veri- tatis iure, me etiam tacente, Gallos & nobilissimos esse liqueat. Quidam Diuīus Augusti-
ni pphetia
de imperio
Gallico. vero doctores (vt diuīus Augustinus scribit) asserūt, quoniam ex regib; Gal- lorum Romanum imperium ex integro tenebit: qui in nouissimo tempo- re erit, & ipse maximus & omnium regum ultimus: qui postq; regnum suū feliciter gubernauerit, ad ultimum Ierosolymā veniet, & in mōte Oliveti sceptrum & coronam deponet. Et is erit finis & cōsummatio Ro. impe- rij. Statimq; secundum sententiā apostoli Pauli Antichristum dicunt futu- rum. Et tunc reuelabitur homo peccati videlicet Antichristus, qui licet sit homo, fons tamen erit omniū peccatorū, & filius perditionis, hæc Augu- stinus. Sed quoniam omnia sunt incerta, illud C H R I S T I tenendum est, Estote parati, quia qua hora non putatis filius, hominis veniet.

DE QVATVOR TEMPORIBVS

imperij Germanici.

Caput V. **P**rincipiū ger- **Q**um alia imperia quatuor habuerit tempora, principium, ascen- mani imperij sum, acumen, & declinationem, in hoc queritur principiū & reliqua, sub Othone sic & imperium Germanicum, vt reliqua quatuor, habuit principiū sub Otho p̄mo. ne primo: fuit enim Otho primus Germanorum imperator Henrici quon- dam regis ex Mathilda filius, qui postq; in Germania annis. xxvij. regna- uerat a Leone pōtifice imperator declaratus imperauit annis. xij. Vir fuit Leo pōtifax. acerrimus in bello. Hic vocatus a cardinalibus, vt ecclesiam aduersus Io- hannem papā, & Italiam aduersus Berengarij, & filiū eius Albertum libe- rare dignaretur, Iohannem depositū, et Leonem pontificē instituit, Beren- Ascensus im- garium & eius filium expulit. Ascensus imperij sub Othone secundo fuit, perij Germā- quē pater Otho primus cōsortem imperij fecerat. Mortuo patre impera- uit annis. xvij. Nicēphorum Græcorū imperatore expulsum restituit. Cu- ius sororem Theophaniam vxorem habuit. Acumen imperij sub Othone Acumen im- ne tettio incepit: fuit enim secundi filius, cum maxima difficultate factus peri- imperator. Imperauit annis. xvij. a Gregorio quinto coronatus. Hic Cre- scētū quendā Romanū cōsulē, qui Iohannem quēdā Placentinū episco- pum natiōe Græcū cōtra Gregorij pōtificē creauerat, iterfici curauit. Hic

DE QVATVOR TEMPORIBVS

Otho vir acer, in armis sagax, ingenio, virtute similis patri imperiū Germanicū feliciter confirmauit; hic sanctionē tulit, quae in hunc usq; diem ser-

Electio imperiū Germanicū mani. uatur, ut sex prīncipes Germanicæ, tres sacri totidemq; profani imperatorē deligāt, addatq; septimū Boemus regē, qui discordiam tollat, siqua oriatur;

hic Romæ morit nō sine venenī suspicione; relatusq; loculo in Germaniā.

Vxorē habuit Mariā filiā regis Aragonū, vt scribūt, int̄ēperant̄: quare illā viuā fecit igne cremari, qd̄ falsō accusabat milite īocētē. Et mortuuus est

Declinatio imperiū Germanicū nici. sine liberis. Declinatio imperiū Germanicū īcepit sub Hērico tertio, qui à perij Germaniā scriptoribus ecclesiasticis hostis ecclesie iudicatus est. Et filius aīam patris

secutus maximē ī pontificum tyrannidem. Declinatio ista imperiū facta

est etiam per Fœdericum Cenobarbum, qui Mediolanum solo aequauit;

& per filium eius Henricum quintū, qui Neopolim cepit; etiam per Fœ-

dericum secundū, qui tres Romanos pontifices īfectatur, et Italiā omnē

in factiones Guelphorum, & Gybelinorū scidit. Durauit hæc declinatio

per Bauaros duces, Boemos reges, Luxemburgenses, Sueuos, per Au-

striæ duces, Fœdericum scilicet tertium, Maximilianum eius filium

Caroli Augusti corona vsque ad Carolum Philippi archiducis Austriae filium; qui hoc anno

Mccccxxix. a Clemēte septimo pontifice Romano Bononiā diadema

sumpsit imperatoriū. Februarij, die S. Mathiæ apostoli. Huic quia

adhuc in humanis est, nihil addendum existimo, vnum omni dignum me-

memoria est, quod adnectā hoc videlicet prīncipe fatalem illam hæreticorū

Valdensium, Beomorum, ac Husitanorum rusticorum conspirationē in

sanctam & catholicam ecclesiam esse exortam anno domini Mccccxx.

De secta Valdensium ac Beningariorum nouorum. res sanè maiorum monumentis inaudita, nec posteris facilis creditu, quo

impetu, qua celeritate per totam Germaniam vel tantillo tempore tanta

hæreſeon colluuiſ fluminis instar creuerit, an citius creuiffe an repulsam

quisquā dicere polſit. tantæ quidein hæreſes sub isto imperio in Germa-

nia cum tantis populorū scandalis diſseminantur, vt iam nec mederi, nec

responderi sine scandalo liceat. Et si iuxta apostoli sententiā oportet hæ-

reſes esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in nobis, ita neceſſe est, vt ve-

niant ſcandala in hunc mundū; verūtamen, Veh homini (inquit ſaluator)

per quem ſcandalum venit. Sed benedictus deus, qui meliore ſuis inspirat

mentem. Sunt adhuc multí nobiles, est & ipſe Franciscus Gallorum mo-

narcha Christianissimus, est & ipsa Parisiensis académia, cum ipsa parla-

menti curia, quibus priſca patrum religio cordi est, qui non permittūt hiſ

ſcelerum fecibus tangi CH R I S T O S domini: qui cultum diu inum-

ā maioribus ſuis religiōe iſtitutum, perpetuūq; censibus fundatum no-

lunt cōueriti, vel in cryptas Valdensium, ac Boemorū, vel in latrocínia Cen-

taurorum; qui deniq; & in fide ſtabiliores ſunt, atq; in charitatē melius ra-

dicati, q; leues illæ Germanorum paleæ. Credit & cognoscit ipſa tota Gal-

Notatu dñi gnum de sanctis patribus. lía, nequaq; eſſe credibile aut veriſimile, tot retro ſeculis erraffe sanctos pa-

tres, concilia, pontifices, vniuersitates, totam eccleſiam catholicam: quos

omnes furioſa Valdensium impudentia reprehendit. Quis credit ſpiri-

tum ſanctum tot ſeculis deſtituſſe eccleſiā CH R I S T I, ac iſto primū

decennio

LIBER IIII.

decennio descendisse in superbū, rixosum, furentem barbaricæ fecis culum. At non diſſectionis author est deus, sed pacis: nihil recipiunt culatiſ iſti ab aſinīs Valdensibus edoſti, niſi ſcripturam. Sed dicant mihi, quæſo, quid ſentiant de apoftolis, eccleſiaq; primitiua, qui multa ſtatuerūt De ecclēſia quando nullū omnino adhuc ſcriptū erat euāgelium, nulla epiftola Pauſi primitiua ei li, nulla canonica, nulli apoftolorum actus, qua ſcriptura elegerunt in locū apoftolis.

Iudeæ Mathiā potius, q; Barnabam, aut Nicodemū. Dicent forſitā ex actis apoftolicis, quod ea nondum erant tunc ſcripta, quia nondū geſta, forte ne cogitata quidē. Multa tradiderūt apoftoli prius, quām vllum eſſet ſcriptū vel euāgeliū, vel epiftola ſacra. Habeant igitur iſti pro cucullis ipſum Au-

gustum de doctrina Christiana ita dicētem. In canonicis ſcripturis ecclēſia Auguſtini ſiarū catholicarū cōpluriū authoritatē ſequatur; inter quos ſanē illæ ſunt pulchra (inquit) quę apoftolica ſedes habere, & epiftolas accipere meruerunt, hec ſentētia.

ille. Regitur quidem ſpiritu ſancto eccleſia; ipſa autē eſt corpus multa, & diueraſa habens membra. Monſtratur tibi in concilijs legitimiſ, quæ vniuersalem eccleſiam repræſentat; non eſt enim (vt putāt) eccleſia dei occulata, quia non poteſt ciuitas abscondi ſupra montem poſita. Credo ſanctā ecclēſia catholicam, id eſt, credo quicquid credit ſancta mater eccleſia: huic xime, id eſt, fidei firmiſſimē adhæreo, iuxta illud Auguſtinī cōtra epiftolā Faſti Ma- cum ecclēſia nichēi. Ego euāgelio nō crederem, niſi me catholicæ ecclēſiae commone ret authoritas. Sed alium hæc locum deſyderat. Faxit Deus Opt. Max. vt ſpe noſtra quā de Carolo Germano impatore cōcepimus nō fruſtremur, & vt ſecta illa nefanda Valdensium ſub imperio ſuo incepta deſtruatur. Preſtabunt hoc pietas, innocentia vitæ, & longiuitas, vnicē optamim.

VATICINIUM SIBYLLE ALIRUNAE

de victoria Francorum ac imperio.

Caput VI.

A Liruna ſibylla magiſ carmiñib; triplex numen admiratione dignū Marcomiro regi Frācorum noctu aſtare fecit ita, vt vniuſ cuiusq; ca- pitis ſingulare audiret vaticinū: primū caput erat bufonis, alterū aquila, tertium verò leonis. Dixit quoq; aquila, O Marcomiro non ſolum me, ſed & caput meum progenies tua ſibi ſubiugabit, leonem conculkatura, ſimul & bufonem occiſura. Hanc visionem Scythica vates Marcomiro interptata fore dixit, posteritatē ipſius Gallis, Germanis, & Romano imperio aliquando imperaturā: per aquilam nanc̄ R.o. fasces, per bufonē Gallicum regnum, per Leonem verò Germanicæ principatus significari afferebat. Fuifſe Gallorū regibus bufones treis nobilitatis quoddā inſigne: ſed Clodoueo Christianis ſacris initiatō demiſſum cælo eſſe id, quod nunc reges geſtant, lilia aurea, quibus ſubeft cāli ſereni color, quem Aſurum Franci dicunt.

TRICIPITIS IMAGINIS SIBYL

læ Alirunæ interpretatio hexaſtichon.

Marcomiro triceps numen vereare nequaq;

Nam tria portendit maxima regna tuis.

Bufo coronatus tibi Gallica regna figurat:

Aliruna, id ſibylle Aliru- lierquā ſibyl- la Scythæ ap- pellant.

vaticinij in- terpretatio.

Hexaſtichon ſibylle Aliru- ne de impe- rio frācorū.

F

VATICINIVM DORACI

Teutonicus fasces indicat ipse leo;
Vtq; tui vincent fortissima regna nepotes,
Romulidum signo est aliger ecce Iouis.

Marcomiro rege post multa præclara contra Gallos & Germanos facinora, vbi annis xxvij. sceptrum gesserat, vita defuncto ante CH R I S T I nativitatem annos. ccccxij. ab introitu Bo. g̃etis suæ ad Rheni ripas xxj.

DORACI VATICINIVM DE

regib; Francorum.

Caput VII.

Doraci con-
fillarij uatici-
nū de Fran-
ois.

Mors regis
Marcomiri.

Prenotio Hil-
degasti philo-
sophi.

Versus sine
lege et men-
sura furore
quodā poēti-
co adit.

Basin regi-
ne patiçiu.

Claruit tēpore Marcomiri regis Francorū Doracus Francorum cōsiliarius, parens regum, & vates insignis, de regum nobilit̃ prosapia oratus, historias gentis carmine scribens continuauit. Scribit Doracus in analibus (vt Hunibaldus testatur) quod Romani Francos & pace, & bello semper habuere suspectos, tanq; futuros imperij subuersores, Phedij oraculo dudum præmoniti; ac propterea totis s̃epe virib; in eorū interitum, licet frustra, conspirarunt. Nam sub Pharamundo rege, postea eiusq; successoribus, & Galliam totam suis virib; obtinuerūt, & Ro. superauerūt imperiū. Iste Marcomirus præscriptus moritur post multa contra Ro. & Gallos bella anno regni sui. xx. dominicæ verò nativitatis cxlvij. in ditione prima annis fere post Marcomirum & Alinurā. ccccclx. Cui successit Clodomerus maior natu eius filius homo prudentia singularis.

VATICINIVM HILDEGĀSTI

Francorum philosophi in die natali Hilderici regis Francorum.

Caput VIII.

Hildegastus philosophus, consiliarius, vates, & parens regum, senior omnium doctissimus die natali Hilderici regis Francorum stans in templo Iouis apud. Neopagū coram ipsius Iouis simulachro, post preces pro impetratiōne vaticinij fusas, repente furere coepit carmine agitatoq; capite ac manib; recuruatis ita vaticinabatur, non versib; lege metrorum compositis vtens, sed ritmis absque mensura furore satis confuse prolati; quorum interpretationem sic fecit Hunibaldus.

Veniet ab occiduo Francis victoria deo,

Dardanijq; veteres quem coluere maiores.

Quicquid habet Gallus, quicquid Germania tota,

Iuri ceder omne tuo bellicose Sicamber.

Hunc tibi quum dederit primum de nomine regem,

Quem statuent principes iam sine rege duces.

Tunc illo vincente Francus sine fine regnabit.

De Romanorum quoque imperio ita subintulit,

Magnus ecce deus dab̃it Franco luponaria castra;

Et franget aquilam leo serpente collisam.

VATICINIVM BASINAE REGINAE

Francorum, de genealogia Francorum regum.

Caput IX.

Basin regi-
ne patiçiu.

Hildericus Merouei Fr̃corū regis fili⁹ Basinā Doringā duxit vxorē, Instate aut̃ prima nuptiarū nocte Basinā monuit Hildericū paulisper differre

L I B E R . IIII.

differre concubitum, foresc̃ cubiculi obseruare, & quæ tertio viderit in atrio portenta, renuntiare vaticinanti sibi. Per omnia fideliter mulierī credulus rex, vt mandauit obsequitur, obseruatq; tertio ædib; ad eam reversus est dices, primō se vidisse in atrio palatiō monocerotas, id est, vnicornes, leones quoque, & leopardos; secundō lupos, & vrsos furentes, sec̃ mutuo dente lacerabāt, & mordebat infesto. Sed quid significet tu dicitō. Ad hāc mulier saga regi sic ait, Generabimur ecce sobolem varijs morib; bus cum tempore diuersam; prima enim quæ nascetur ex nobis erit genrosa valde, quæ nobilitate sua leonibus sit comparanda & vnicornibus generosis; ex prima generatione cum tempore surget secunda, quæ more luporum contempta nobilitate rapinas, & oppressiones pauperū exercebit; generatio post hanc tertia, quæ, & vltima erit ex nobis, more canum se lacerabit, mordebitq; & collidet, donec postremō ex generatione illa regnū deficit. Concepit eadem nocte mulier & peperit filium nomine Clodo-
vaticinij Baueum, qui patri postea successit in regno Francorū, & primum fidem Christi finē interpreſtianam suscepit. Hanc visionem aliqui sic interpretantur, Per leones & tatio-
vnicornes Clodoueum filium Hilderici & Basinā intelligunt; per lupos & vrsos furentes filios Clodouei, qui in quatuor partes diuiserunt regnū, nam Clodomirus Clodouei filius ducto exercitu in Gendebaldū auinculum Burgudiae regem in acie fortiter dimicans occubuit; per tertiam gene-
rationem filios Theodorici intellexit, quē exemplo patris mater adomne facinus impellebat. Itaq; quum diu bonis ac malis artib; occupare paternum solitum pro se quisque certasset, & consilia non succederent, in quatuor & ipsi partes diuiserint. Antibertus omni muliere corruptior in complexu pellicum mature decessit. Sigibertus eius frater incautum Chilpericum fratrem, quum subito bello opprimere tetalset, immis̃ pcussoribus extinctus est; tandem Franciæ regnum per ignauiam regum sub dominio Caroli Martelli, ac P̃pini qui maiores palatiō dicebantur redactū est: nam Hildericus siue Childericus rex tanq; inutilis à regno deſicitur. Et tunc Pi-
pinus dux Austrasiæ maior domus in regem electus est.

GENEALOGIA REGVM FRAN-

corum ac dūcum Austrasiæ.

Caput X.

Anno siquidem ante nativitatē domini & saluatoris CH R I S T I ccccxl. sedentibus ad Scythæ fines maritimos hād procul ab ostijs vnde franci Danubij populis, qui postea Franci sunt dicti, anteā verò Scythæ, sed an-
terius Troiani, dominabatur Antenor rex; contra quem gens ferocissima
& sine numero ac innumerosa de insulis Scauzianis, quæ nūc Gothicæ
nuncupantur, egressa, populum eius crebra incursione contriuit, arma con-
ferēs armis, & manib; manus Antenor; & nūc vīctus nūc vīctor tandem cū
mīltis suorū occisus anno āte CH R I S T I nativitatē, vt dīctū est, ccccxl.
Cui filius eius Marcomirus substitut⁹ regnauit octo & xx. annis. Cui suc-
cessit Antenor senior natu eius filius. Cui successit Pr̃iamus. Cui successit go-
francorū Helenus. Cui D̃ocles. Cui Helenus. Cui Basinus Heleni frater. Cui Clo-
regum. Fij

GENEALOGIA REGVM FRANCO.

tenor eius filius. Cui Clodomirus. Cui Merodacus. Cui Cassander filius. Cui Antarius filius. Cui Fracus eius filius. Cui Clogio eius filius. Cui Herimerus. Cui Marcomirus. Cui Clodomer. Cui Antenor. Cui Katherius. Cui Richimerus. Cui Odemurus. Cui Marcomirus. Cui Clodomerus. Cui Farabertus. Cui Sumio. Cui Hildericus. Cui Bartherus. Cui Clodius. Cui Vualter. Cui Dagobertus. Cui Clogio. Cui Clodomerus. Cui Richimerus. Cui Theodomirus. Cui Clogio. Cui Marcomirus, qui à Valentiniano imperatore peremptus fuit. Post mortem Marcomiri consensu Francorum fuit gubernator regni Dagobertus frater Marcomiri annis quinque, vir magnanimus; cuius tempore ducatum tenuit apud Francos ipse Dagobertus anno dominice nativitatis cccxcij. Ex isto Dagoberto habuit initium genealogia Caroli Magni. Dagoberto duci successit in ducatu Austrasiae que nunc Lotharingia.

Genealogia cerum electus in regem fuit Pharamundus filius Marcomiri regis superducum Austra dicti. Genebaldo successit in ducatu Sennon. Cui Dicodes. Cui Meroneus. Cui Leontius. Cui Heribertus. Cui Priamus. Cui Sigibert. Cui Nicanor. Cui sanctus Arnulphus. Cui Augesfus. Cui Pipinus primus. Cui Carolus Magnus. Cui Martellus. Cui Pipinus secundus rex. Cui Carolus Magnus imperator & rex Francorum. Cui Lodouicus Pius; Marcomiro tamen succeſſerat in regno Fracorum filius eius Pharamundus. Cui Clodius. Cui Meroneus. Cui Hildericus. Cui Clodoueus. Cui Lotharius. Cui Chilpericus. Cui Totharius. Cui Dagobert. Cui Clodoueus. Cui Lotharius. Cui Theodoricus. Cui Chilpericus. Cui Clodoueus. Cui Hildebertus. Cui Clodoueus. Cui Lotharius. Cui Theodericus. Cui Hildericus filius Theoderici: hic solo nomine regnauit annis nouem, omnis enim potestas & opes regni penes maiorem domus Carolum cognomento Martellum tenebatur; nec aliud quicquam regi permittebatur, quam ut regio nomine contentus crine profuso, barbaq; submissa in solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos vnde cunq; venientes audiret, eisq; abituriis responsa quae doctus erat quasi ex sua potestate redderet; quum præter inutile regi nomen & precarium vitæ stipendium, quod ei maior domus pro suo arbitrio exhibebat, nihil aliud possideret. Quare Hildericus, vel (ut voluit alij) Chilpericus rex Francorum tanquam inutilis regno de consensu omnium procerum, Zacharia quoq; papa Ro. præstante consilium, à regno deſicitur, & in monachū tonsuratur anno regni sui. ix. voluntate igitur omnium procerum Pipinus maior domus in regem electus fuit: qui & ipse de antiqua regum Francorum prosapia descendit. Pipino successit Carolus filius, qui à magnitudine rerū gestarū Magnus est appellatus. Cui successit Lodouicus Pius. Cui Carolus Caluus. Cui Lodouicus Balbus. Cui Lodouicus filius. Cui successit Carolus eius frater. Cui Lodouicus nihil facies eius fili. Cui Carolus Simplex. Cui successit Lodouicus, qui Eugebergā Othonis sororem vxorem duxit: ex qua liberos duos reliquit Lotharium, atq; Carolum. Lotharius Lodouicū suscepit filium, qui apud Compediū absq; liberis emoritur. Eapropter Carolus Lotharij filius eius patruus

Maioris patris, latij authoritatis. Genealogia Caroli Magni.

Origo Austrasie que nunc Lotharingia. Genealogia Caroli Magni. Cuius ex quo successit Lodouicus Lippus. Cui successit Lodouicus iunior. pīslimus amator cleri, & verus dei cultor. in sancta simplicitate transiit ad dominū, relicto Philippo filio, qui paternam postponens simplicitatem materni generis astutias duxit in vsum, & regni sui metas ampliavit. Cui successit Lodouicus; hunc tradunt Caroli Magni genus in reges Francos per matris Quomodo cognationē retulisse. Cui successit Lodouicus eius filius vir sanctus ac de reges Franci uotus, qui per omnem vitam singulari charitate pauperes curauit ita, vt corū ex Quomodo quoque die cētum & viginti inopes quotidiano alimento reficeret, præter rolo Magno alios, quibus CH R I S T I exemplo pedes ipse abluebat. De Lodouici obitu incertus author sic scribit, Anno MCCLXX. Thunis catholicus deceſſit rex Lodouicus. Sancto Lodouico successit Philippus eius filius. Cui successit Philippus Pulcher. Cui successit Lodouicus dictus Huitinus. Cui successit Philippus dictus Logus eius frater. Cui Carolus Pulcher frater eius, Marchiq; comes. Cui Philippus Valesius. Cui Iohannes eius fili. Cui Carolus quintus filius eius. Cui filius eius Carolus sextus. Cui Carolus septimus eius filius. Cui Lodouicus undecimus. Cui Carolus octauus dictus Liberalis ac Magnanimus. Cui Lodouicus Prudens duodecimus eius cognatus. Cui Fraciscus Valesius Angolismensis. Cui Henricus Delphinus eius filius haud iniuria in hunc Gallicum campum: magni enim quiddā de eo animus presagij: quod ut fiat per C H R I S T V M in omniū est votis.

LIBER IIII.

patruus Lotharingiae dux regni sceptro potiri tētauit; verū Hugo Magni Genealogia Hugonis filius Parisiensis comes ex Hautide primi Othonis imperatoris Hugonis quē Germanici sorore filius regnum Francorum usurpat: affirmabatq; ac īa Capetū dicitur stabat ad eā se à sanctis Valerio & Richerio per quietē fuisse admonitū, ppter ea q; eorū corpora, dū sepulchro ob metū Normānorū trāfferebanū, plurimo cultu honorati, & ad propria loca reduci curasset; addebat ad miraculū legitimā generis successionē; ab Odō em Andegauo quē Frāca nobilitas propter Caroli Simplicis pusillā ætatē regno sufficerat, originē ducere gloriabatur, eūq; patruum appellabat. Hugoni successit Robertus eius filius. Cui successit Henricus. Cui Philippus eius nominis primus. Cui Lodouicus Lippus. Cui successit Lodouicus iunior. pīslimus amator cleri, & verus dei cultor. in sancta simplicitate transiit ad dominū, relicto Philippo filio, qui paternam postponens simplicitatem materni generis astutias duxit in vsum, & regni sui metas ampliavit. Cui successit Lodouicus; hunc tradunt Caroli Magni genus in reges Francos per matris Quomodo cognationē retulisse. Cui successit Lodouicus eius filius vir sanctus ac de reges Franci uotus, qui per omnem vitam singulari charitate pauperes curauit ita, vt corū ex Quomodo quoque die cētum & viginti inopes quotidiano alimento reficeret, præter rolo Magno alios, quibus CH R I S T I exemplo pedes ipse abluebat. De Lodouici obitu incertus author sic scribit, Anno MCCLXX. Thunis catholicus deceſſit rex Lodouicus. Sancto Lodouico successit Philippus eius filius. Cui successit Philippus Pulcher. Cui successit Lodouicus dictus Huitinus. Cui successit Philippus dictus Logus eius frater. Cui Carolus Pulcher frater eius, Marchiq; comes. Cui Philippus Valesius. Cui Iohannes eius fili. Cui Carolus quintus filius eius. Cui filius eius Carolus sextus. Cui Carolus septimus eius filius. Cui Lodouicus undecimus. Cui Carolus octauus dictus Liberalis ac Magnanimus. Cui Lodouicus Prudens duodecimus eius cognatus. Cui Fraciscus Valesius Angolismensis. Cui Henricus Delphinus eius filius haud iniuria in hunc Gallicum campum: magni enim quiddā de eo animus presagij: quod ut fiat per C H R I S T V M in omniū est votis.

GENEALOGIA LOTHARINGIA

gorum ducum.

Lothario Gallorū rege defuncto anno ei⁹ seculi sexto & octogesimo Lodouicus filius succedit. Is annū omnino regnauit, vltimus, qui ex agnatione Caroli Magni regium nomen gesserit. Carolus eius patruus Lotharingiae dux non satis Francis probatus, quod Germanorū imperij Lotharingia, totus fuisse, dum ex Lotharingia in Franciam ad ius regni capessendum ex Carolo magno originem plus iusto validæ: quem Lauduni cum uxore agentem Hugo ope atque duxere. proditione Ansellini vrbis antistitis recepta vrbe Carolū intercepit, atq; (vt aiunt Galli scriptores) Aureliam in custodiā mittit anno salutis non gentesimo. Carolo successit Otho: quē Caroli ducis à Capeto regni Franciæ æmulo capti filium fuisse Sigibertus author est. Othoni successit Gothifredus Arduenensis cognatus eius. Gothifredo Arduenensi successit

DE GENEALOGIA DVCIS ANTONII

Gothifredus Boloniensis eius nepos Ierosolymorum rex clarissimus. Gothifredo successit Guilielmus eius frater. Guilielmo successit in Lotharinia Theodoricus filius. Cui successit Theobaldus eius filius. Cui successit Födericus eius filius. Cui Matthæus eius filius. Cui Simo eius filius. Cui Födericus eius frater. Cui Matthæus eius filius. Cui Födericus. Cui Theobaldus. Cui Födericus eius filius. Cui Rhodolphus, qui in bello apud Cressiacum mortuus est anno domini Mcccxlviij. die xxvj. Augusti. Cui successit Iohannes. Cui Carolus. Cui Isabella vxor Renati regis Ierosolymitanus, ac Siciliæ. Cui Iohannes Renati filius. Cui Nicolaus. Cui Renatus rex, Renati regis ex filia ac Föderico Vaudemontis comite genitus. Hic bis Carolus Burgundia duxem armis affixit, Lotharingiam bis recuperavit; sed maius oibus est, & admiratione stupore dignus. Quum Carolus Burgundia dux Nanceium tam arcte cœclusisset, vt fame prope deficiente Burgundo dedere se obcessi destinarent, Renatus Carolum pluribus prælijs afflictum ex minoribus castris fugere compulit; nec cessa Burgundiæ uit Lotharingus hostem sequi, donec adueniens plurima nox eum prohi pudi Nanceii buit. At ille reuera dum se fuga seruare contendit, labente equo, cui inside Lotharingie bat, tribus vulneribus à quodam milite occisus est, uno ad caput secus a primarij op rem ad dentes usque pertingente, altero ad femora, tertio ad anum. mortuus est Renatus anno Mccccvij. Cuius funus ad Nanceium accuratissima popa effertur. Eratq; Renatus bonitate formæ, animiq; præditus, tum corporis forma pulcherrimus, tum disciplinæ atq; honoris maximè studiosus. Successit Renato eius fili Antonius Lotharingia dux, & mar chio, primus huius nominis, natione Gallus, patria Lotharingus. Sedit super Barrenses, & Lotharingos, usque impræsentiarum annis xxj. Vir certe bonus, & tanto principatu dignissimus, insignis iustitia atque clementia habetur; tali nanque principe indigebat post patrem Lotharingia, quem speramus unâ cum filio Francisco pontis Mussonis marchione, Renati Siciliæ regis patris sui, ac Gothifredi Buloni regis Ierosolymitanus vestigia splendide imitaturum.

GENEALOGIA DVCIS ANTONII ex parte auiae Andegauensis.

Iohannes Francorum rex tres genuit liberos, Carolum quintum regem Francorum, Lodouicum Andegauum, & Philippum audacem. Lodo uicus genuit Lodouicum Siciliæ regem. Cui successit Renatus rex, & prouinciam comes, dux Andegauorum. Cui successit Iolanda eius filia duces burgu vxor Föderici comitis Vaudemotis. Cui successit Renatus, Lotharingia dux, ac Siciliæ rex nominatus. Cui Antonius dux Calabriæ, & Lotharingie, & Barri. Ipsius autem Antonij genus à regibus manasse dicitur, & à Carolo Magno rege. A quo quotus fuerit, non difficiledi numerari potest: hos enim nunquam Austrasia detectauit, verum ipsos cæteris honore prætulit.

DE ANTIQVA NO BILITATE DOMVS TVRNONIAE, EX qua innumeris pceres tum toga tñ armis clarissimi pdierunt.



Rcem Turnonis quis condiderit, vetustate forsan erroris parate, non erit scitu facilium. Rumor hinc inde obstrepit, arcem ipsam Turnoniam primo à Troianis, qui cū Aenea in Italiam venerere, Turno hoste superato Massiliam venisse: & per ripâ Rhodani aduerso flumine profecti, paucis diebus peruererunt ad locum, quæ Galli nunc Turnonum vocant: & conspecta loci amoenitate, commoditate humano usui plurimarum rerum maxima ibi eam tradidere fundata: Turnoniamq; arcem à Turnone hoste superato in perpetuam rei memoriam ab eis fuisse appellatam. Alij vero Turnoniam familiam à Meroueo & Clodio priscis Francorū regibus: qui quum ex Sicambria in Galliam venere, Gallorum rege superato, delectabiliora eius prouinciae loca perquirientibus, quum ad locum, ubi olîm ciuitas Maluarum erat duabus milliaribus à Turnone distans, applicuisse, conspecta loci amoenitate, commoditate humano usui plurimarum rerum maxima, ibi eam tradidere fundatam: Maluamq; à Meroueo fuisse appellatam: sed longis postea temporibus ab Aeneae successoribus, qui Turnoniam arcem considerant, fuisse acquisitam. Quod absconum aut abs re non positum videtur, quum eius praesertim vetustissimæ ruinæ instar Sicambriæ vrbis (vt illinc venientes affirmat) habeantur. alijs vero arcem Turnoniam ipsam primo à Turrheno tradidere fundatam: nam vt tradit Dionysius Halicarnaseus libro. i. citans Herodotum à Turrhone constructa est: qui ad plagam septentrionalem venies, ibi consedit, habitauit, & ædificauit nobilissimas vrbes, quæ adhuc extant, in Gallia Aquitanica Turonensem vrbem, & in Gallia Lugdunensi ad oram Rhodani Turnonem. Myrsilus vero grauis author ad hanc scribit sententiæ, Turrhenis quidam originem suspicatur esse à Lydis. & paulò post, Turrhenus (inquit) filius Atus in septentrionali plaga veniens eius totam medietatem à fontib usque tenuit. & quia vetustissimos Turrhenos asseruit Myrsilus, probat per id antiquissimos Italiae populos existimari Umbros iuniores: quod etiam asserit Plinius lib. iiij. capite. xv. his igit antiquores fuerunt progenitores eorum Galli Ianigenæ, qui Turonensem vrbem, & Turnonem aureo quod seculo ædificarunt. Turrheni filii fuit Titus, Titus vero Volturrhenus. Berodus vero Chaldae tradit Ianus tres fuisse filios, Iapetus, Atlates maximum, & Camesem. Atlatis maximo Ion, pater Itali: Camesti vero Osiris, p. Herculis Aegypti, q. pater fuit Atus Turrheni patris, à quo Turnonensis vrbis, & arx Turnonia constructa. Alij vero non pœnitendi authores Turnoniam domum à Rutulis originem traxisse adfirmant. Nam teste Lutio, primo ab urbe condita, Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lauinia ante aduentum Aeneæ fuerat, prælatum sibi aduenam ægre ferens, Aeneæ simul & Latino bellum intulit.

DE ANTIQVA NOBILITATE

victi Rutuli, rebusq; diffisi ad florentes Hetruscorum opes confugerunt. Turno igitur superato, Rutulis delectabiliora Galliae loca perquireribus cum eò venissent, ubi nunc Turno vrbis florentissima stat, conspecta loci amoenitate cōmoditateq; eam vrbem construxisse. Turnonemq; à Turno appellatam volunt. Quod non abs re dictum videtur; nam inibi nonnullæ vetustissimæ ruinæ magnum vetustatis indicium, videntur. Nec desunt qui dicant Turnonem à Marcomiro Francorū orientalium rege, cuius ad Troia nos precipue ad Aeneam origo refertur, extructam esse. Cæterum Marcomirum non primum fundatorem, sed potius instauratorem receptissimi tradunt authores; verum enim uero non antiquitate modo, aut loci bona tēperie, quod natura præstisſe videtur, sed optimis cōsultissimisq; viris, quorū ibi magna est copia, laudē gloriāq; nō vulgarem Turnonia ciuitas cōsecuta est. Constat em̄ tum annalibus Lugdunēsū, tum luculētis aliorum scriptorū historijs Iustū Viatorēq; Lugdunēsis ecclesiæ pōtifices ex Turnonia domo originē traxisse, & in deorū numerū relatos. Fuit autem diuus ille Iustus à Turnone mirae sanctitatis, p̄pheticiq; spiritus vir qui in AEgypto obiit; sed ei⁹ corpus cū beatī Viatoris ei⁹ ministri reliquijs à reliquias ciuib⁹ Lugdunū relata sunt, & digno cultu in basilica à maiorib⁹ exstructa cōdita sunt. Hinc ex Turnonia familia, q; rerū poti⁹, iter sodales tēpli diuī Iusti Lugduñ. ascribi ferit. Etyt alios tacētes eos duntaxat, q; nra superstites sunt ætate, mēorem, occurrit iprimis dñs Frāscus à Turnone. Bituricensis ecclesiæ antistes, Aquitaniae primas, sanctæq; Romanæ ecclie cardinalis consilio maturus, prudentiaq; p̄fstantis, Græcæ. Latinæq; peritissimus atq; orthodoxæ fidei turris fortitudinis à facie inimici intemeratae Christianitatis: quem imitantur p̄fules summo honore dignissimi, videlicet dominus Carolus à Turnone antistes Viuariensis eius nepos, vir generosissimus, ac humanissimus. aduenit tandem postremo illius frater p̄fcul dignissimus dominus Iacobus à Turnone Valētinensis episcopus ac antistes clarissimus. Quorū innumerās, & corporum, & animorū dores si enarrare cōer, vt verbis vtar Virgilianis, Ante diē clauso cōponet vesper olympos. Fuerūt & alijs à Turnonia familia episcopī: vt sunt Gaspar à Turnone episcopus Valētinensis, Carolus à Turnone episcopus Rutinensis, Claudius à Turnone ep̄s Viuariensis, Iohānes à Turnone abbas Cruacij. De ducib⁹ verò, & alijs rei militaris peritissimis, strenuisq; viris Turnoniæ familie, qui regno Franciæ magno fuerunt v̄suī, satius est tacere, quam pauca dicere, p̄fserit cū id epistolaris breuitas nō patiatur. Sed satis erit Iusti à Turnone meminisse magnanimi viri, qui apud Ticinum vna cum Galliē marescalo à Chabanis, viro strenuo, ac cū illustrissimo comite à Tremolia, in prælio non vicitus, sed vincēdo fatigatus occubuit, longeç; à suis inter hostiū cadauerā reptus est. Apud Parthenopē verò paulo post cecide re duo eiusdē Iusti filij in bello strenuissimi, Antoni⁹, & Iohānes apud Gallos noſatiſſimi. Sed de his nō plura; Demētis em̄ esset AEgeū mare subtili nauigio sulcare, Nō potuī tamē oīno tam generosæ familie de me optimè meritæ laudū partē rerū amplissimarū certe minimā silētio præterire,

LIBER IIII.
FOEDERA IMPERATORVM ROMA
norū percussa cum Carolo Magno atque, Lodouico
Pio huius filio Francorū regibus, quæ postea à sena-
tu populoq; Ro. & à sanctissimis Ro. ponti-
ficibus rata habita sunt.



Nnus ille, quo Carolus Magnus imperiū est adeptus, octi-
gentesimus primus humanæ salutis fuit. Imperabat per hoc
tempus Hirene: quæ eti⁹ omnium prudentissima, quia tamen *Hirene causa*
*fœmina Leoni pōtifici materiam præbuīt imperiū nomen aliō *sa translatiois**
transferendī, quum Bizantij tantum diu esset imperitatum. *imperiū*
Deturbauit Hirene filium ex imperiū fastigio, cum quo decem annos rei
summam administrarat. quo tempore Bizantij inuenta est lamina aurea
& sub ea cadauer, in qua fuit Græcē scriptum, *CHRISTVS* nasceretur *Lamia aurea*
de virgine, credo in eum. O sol sub Constantino & Hirene me iterum vi-
debis. Isdem imperatibus sanguis ē calo pluit. Tenebat Hirene orientis
imperium quum Carolus Romæ est imperator salutatus: quæ literis &
nuntijs certior facta de ijs quæ Romæ acta erant, necnon in tanta rerum
mutatione aliquid suis rebus cauissē videretur, ad Carolū misit, qui illius
amicitiam & foedus peterent. Sunt qui tradant Leonem Spatarium ad id
missum, qui de foedere & finibus imperiū cum eo ageret, deferretq; illi suū
cōnubium. Ceterum quoquomodo res acta est, id crimen tantæ fuit illi in
uidiæ vt Nicephorus militum & populi fauore fretus eum sine vlo ma-
iore motu in ordinem redactum in *Lefbon* apud filium relegarit: nam nō
desunt qui Constantinum non in vinculis expirasse, sed omni oculorum
orbitatis mentione omissa, tantum relegatum à matre memorent. Excis-
dit iperio Hirene āno q̄rto q̄ sola imperare cōepit. Nicephorus recepto im-
perio Caroli legatis, qui adhuc Bizantij erant, foedus percussit, in quo di-
serte est positum, vt Nicephorus imperium teneret orientis, Carolus verò *Nicephorus*
ac Galli in posterū occidentis, & vt Veneti suis vterentur legibus, essentq; orīeti impa-
vtriusque imperiū amici, qui pace bellove neutrius partium censerentur. *bat, Galli oc-*
Fuit hic annus, si Hieronymo & Eusebio credamus, quadringentesimus *cidēti.*
sexagesimus octauus ab eo, quo Bizantium ex vrbe Roma est imperiū
sedes à Constantino translata. Foedus in hæc fere verba est ictum, vt orien-
talium rerum vnuſ curam gereret, occidentalium alter circa Italiam Ve-
netiæ stagna & Beneuentum in Satinio in medio essent, ac neutri partiū *Foedus.*
dicerentur ascripti, eti⁹ Græco imperio (vt Blundi vtar verbis) magis, Ve-
neti consentiebant q̄ Romano. Carolus pacato Italie ac in imperiū statu in
Galliam reuertitur, quo tempore Leo pontifex Roma profectus ad decli-
nandam quorundam ex clero inuidiam: qui nouarum rerum cupidi vehe *Leo in Gal-*
mēter erant illi infestī. Regigitur completa in Galliā Leo profectus est, vt *litas uenit.*
regē pleniore demereretur obsequio, doceretq; corā quod in re seria cō-
G

FOE D E R A I M P E R A T O R V M

pertum haberet. Quod autem Leo tā longū iter susciperet, ea fuit causa,
 vt procul periculo abesset, commodiusq; cum Carolo de statu Italie lo-
 queretur. Inde incidit in id tempus quo legati à Carolo Cōstantinopolin
 venere. Stauratius Nicēphori filius qui ex acie saucius excessit, Bizan-
 tium reuersus, imperio potitus est. Fuitq; ad breue voti compos Michaēl
 eius fororius. tertio mense quām iuuenis imperare cōoperat fastigio detur
 bat, prīcipatum inuadit, cum legatis qui ex Gallia venerant fœdus reno-
 uat. Cōditiones fœderis fuisse dicunt, vt Michaēl oriētem cum Bīzantio
 obtineret, Carolus Magnus occidentem cum Roma. Paulus Diaconus
 adiicit Hispaniarum partem Constantīpolitanō imperio redditam, &
 vt Veneti in orientalī imperij partibus essent, vterenturq; tota Italia im-
 munitatibus à Carolo conceffis. Testaf id præter Venetos annales Gothi
 fredus Vetulonensis. Sed id otium breuius fecere fata Ro. imperio infe-
 sta, Carolo in quo pacis & otij summa omnīsc̄ tutela gentium sita erat,
 fatali morte cōsumpto. perij anno vītæ septuagēsimō primo, Aquisgraui
 situs est, vbi hæc sunt, Caroli Magni Christianissimi Romanorum impe-
 ratoris corpus hoc conditum est lepulchro. Ipse vt cælitum vnu ab indi-
 genis locorum religiōse colitur. Fuit idem annus humanae salutis quīn-
 tuſdecimus supra octingentesimum. Nec Leo pontifex multū inde super-
 stes fuit, vi morbi cōsumptus humanis deceſſit anno ſui pontificatus. xxij.
Stephani pō Stephanus eius nomīnis quart⁹ illi ſurrogatus eſt vir Romanus, qui à ſua
 tif. cū Lodoui creatione breui post in Galliam ad Lodouicum Pium Caroli filium impe-
 ratorem eſt profectus. Fuit inter hos motus Stephanus pontifex apud
 Lodouicum adeo iucundē, vt neuter ſine altero niſi raro cōiuuatus fit; &
 mox Romam abiturus precario obtinuit, vt ſceleris in Leonem conuicti,
 qui fuerant à Carolo in Galliam relegati, ſecum Romanam dimitterentur.
 Donatus eſt & aurea cruce magni ponderis, quæ in Barione templo de-
 dicaretur, nec ita multò pō Stephanus Romam reuersus vita deceſſit,
 nondum anno ab eius creatione circūacto. Paschalis pontifex ſecutus eſt,
 centesimus in ordīne. hic quoq; Quīnti sanguinis. Cæterum quia Lodo-
 uicus nō fuerat adeptæ dignitatis ab initio author factus, niſi Paschalis in
 Galliam, qui illi ſatisfacerent, reiſcerentq; eam culpam in cleri & populi
 Romani ſtudia, qui ſe inuitum capellere dignitatē coegiſſent prius, q̄
 imperator eſſet author factus, accepit ſatisfactionem Lodouicus, verum
 monuit clerum & populum conducere Romanorum rebus, vt prīſtino
 iſtituto ſtaretur, darentq; publicē operam ne amplius ſimili exemplo im-
 peratoria laederetur maiestas. Fuerat enim Carolo Magno priuilegium
 priuilegium. inueſtituræ ecclesiarum & iſtituendī Romanum pontificem datum,
 nec ſine Caroli iuſſu & imperatore Romano eligi debere pontificem,
 idq; synodo affidentibus Rome centum quinquaginta tribus episcopis
 atq; abbatis firmatum eſt. Lodouicus Pius Leonis Græci imperatoris
Fœdus Leōis legationē audiuit, fœdusq; cum eo renouauit, videlicet vt Leo orientis
cū Lodouico imperator diceretur, Lodouicus verò occidētis. Cōditiones fœderis fuisse
 dicunt, vt Leo orientem cum Bīzantio obtineret, Lodouicus verò occi-
 dētem

C V M C A R O L J O M A G N O .

dētem cum Roma. Et ſic fœdus Caroli Magni cum Nicēphoro à Leone
Confirmatio
 confirmatum. Sigibertus Gemblacensis cænobitæ in ſuo chronicō ita
Fœderis iter
 ſcribit, Legati Michaelis Nicēphori gener & Stauratij ſororius fœdus
imperatores
 inter Carolum & ipsum cum Lodouico Pio renouant, & inter cætera mu-
 nera detulerunt Lodouico imperatori libros sancti Dionysij Arcopagitæ
 de hierarchia petente ipſo Lodouico de Græco in Latinū tranſlatos. Qui
 libri Parisijs in ipſo ſacri martyris festo mīſi cum gaudio ſucepti ſunt,
 quod gaudium virtus sancti martyris auxit decem & nouē ægrotis in ipſa
 nocte ibi ſanatis. hec Sigibertus. Et ne quis inuiditiae morbo laborans,
 aut līmis oculis in obliquum ſemper in directum verò nunquam respiciens
 arbitretur me Gallorum genus ac imperiū ipſorum Gallorum historio-
 graphorū, cuias fuit Robertus Gaguinus atq; alij pleriq; testimonij ap-
 probare. Italorū, quoq; prout fuerunt Blondus Foroliuēſis Paulus Dia-
 conus Anthonius Coccius Venetus atq; alij pleriq; testimonij imperiū
 Gallicum approbare nitemur. Hæc eīm omnia & ſcire pulcherrimum eſt,
 & ignorare turpissimū. Diligentis ſiquidem viri eſt patriæ ſuæ originem
 & p̄gressum, & quecunq; illi per ſuperiora tēpora cōtigerint nō ignorare.
 Ego igī Gallorū in Romanos atq; cæterarū gentiū populos ſuperius ex
 viris nō paruæ authoritatis edocui, in hoc autē capite Gallorū verū in oc-
 cidēte imperiū noſtrūq; iudiciū per ipſos Italos cōfirmare ſtatui: quodq; dē imperiū Gal-
 licū rectē feciſſe putabo quū ab Italī doctiſſimis ac ſapiētiſſimis appro-
 bēt. Incepit imperiū Gallicū ſub Clodoueo, nam Anastasi⁹ imperator mīſit Imperium
 qui Clodoueo ſuo nomīne de præſenti rerum ſuccellū gratularentur, attu
Clodouei.
 leruntq; illi tunīcam blaſteam dono qua ſoli vtebantur imperatores. Et Dona Ana-
 vt ſcribit Sigibertus accepit ab Anastasio codicillos de consulatu & co-
 ronam aureā cum gēniis, & ex ea die consul & Augustus eſt appellatus,
 & ſic in Clodoueo incepit occidentis imperium. Ascensus imperiū Gallici
 ſub Pīpino filio Martelli incepit. Acumē vero ſiue ſtatus ſub Carolo Ma-
 gno & Lodouico pio eius filio. Et per Nicēphorum & Michaelēm im-
 peratores datum fuit imperium Carolo & ſuis ſuccelloribus. Et à Leone
 imperatore Græcorum in Lodouico Pio cōfirmatum ac ſtabilitū Roma
 num imperium, fœdusq; cum eo vt iam dictum eſt renouauit, videlicet vt
 Leo orientis imperator diceretur, Lodouicus verò occidentis. Et ſic firma-
 tum atq; ſtabilitū ſuit Gallicum imperium, durauitq; vſq; ad Lodouicū
 Arnulphi filiū, qui à Berengario tyranno lumīnibus priuatus eſt apud Ve-
 rotam. Et tunc apud Gallos per hunc modū deſtitutum eſt à Francorū gēte
 in Italia imperium, anno circiter centesimo ab eo, quo tanta indole à Caro-
 lo, qui Magni cognomen tulit, fuerat quæſitū. Cæterum (vt Antonius
 Coccius ſcribit) quantum Francorum pietate & beneficentia, ætate vna
 Roma & tota Italia, à longa malorum ſerie respirauit, tantum inde in-
 ſtinis diſcordijs ſexaginta fere annis, qui continuo ſecuti ſunt, in omne ca-
 ſamitatis genus recidit, qua temporū iniuria ita omnia concuſſa, in peius
 mutata, vt literarum propemodum nomen veneſit in obliuionem. Tule-
 rum Galli Berengarij tyrannidem iniquo animo; verū quia in Lodouico
Fœdus inter
 imperatores.
Felicitas im-
 perij Gallici
infelicitas
Berengario-
Gallorum

FOE D E R A I M P E R A T O R V M

Lotharij filio Caroli Magni masculina ples defecerat regnūq; ad Hugo
nem Odonis regis nepotem venerat cognomento Caputium(à regibus

Odo Andegauus à plebe Gallicae no bilitate coro natur.

penes quos fuit regimini summā præsentī fortunā libenter acquie-
scētibus(defcēderat enim Hugo ex genealogia Caroli Magni sed ex alia
radice ducū Austrasie, ex qua genus Caroli defcēderat, laudant enim hi q
Magni Caroli genus attigerūt) Robertus Hugonis Magni, quē Caputū

vocat, fili⁹ militari virtute clarus, sed pietate adhuc clarior(cuius illud est,
Sancti sp̄ritus adsit nobis gratia) hic primus bonis artibus Gallorum, &
cæterarum gentium studia à Caroli Magni stirpe ad nouitatem sui gene-
ris traxit, vt cœperint non tantum nouum in rege genus pati, sed nouoru

etiā virtutes mirari. Sed quid de imperio Gallico authores Itali senserint,
audi Antonium Sabellicum Decadis. ix. libro primo ita scribentem, Non
possum non multum mirari, vnde tragica haec pontificum qui post impe-
riū Gallicū fluxerint exempla, quæ dira pietatis obliuio eorum men-
tes irrepserit, vt neque personæ quam sustinebant ratio ab hisvlla habere-
tur, necq; loci quem tenerent; vt nō immerito aliquis suspiceretur, quicquid
moderaminis fuit & maiestatis i illis, qui Caroli cognomēto Magni tēpo-
ribus ad Gallici imperij exitum(interfuit enim ætas vna) sedē tenuerunt
non tam sua sponte quām regum & imperatorum, in quorū tutela essent,
metu & reuerentia in officio manserint. Nullo vnq; tēpore in maiore fuit
admiratione pontificū nomen; nunq; à regibus & cæteris mortalibus tan-
tum apostolicæ sedi tributum, vt dicere æquū sit non magis Galliæ q; Ro-
manæ ecclesiæ & reliqua Italizæ calamitosum fuisse, q; in ea gente desitū
esset iperare. Hæc Sabellicus. Franciscus Philelphus inter Italos sua ætate

elegantissimus ad Carolum septimum Francorum regem ita ait, Si verum
sine cuiusq; inuidia fateri licet, postea q; impia & imanis illa sceleratissima

Mahometi secta inualuit, nullum est vñq; hominū genus cui plus debeat
Christianæ religio, q; inuictæ Francorū nobilissimæq; virtutis; quū reliqui
enim fere omnes & reges & populi Christiani ignauo quodā animi tor-
pore tanq; elanguissent, soli Fraci inuenti sunt, qui ingenti animo & excel-

so omnem barbarorum & infidelium inpetū nonmodo sustinuerint, sed
represserint; quid, inquam, represserint; immo fuderint, fugarint, oppres-
sint. Carolus Magnus Saracenos ad ccc. milia & amplius post Desyderij
regis captiuitatem interemit; & eiusdem perfidiae socij Afri ab eodem
Carolo deleti sunt ad Asperum montem, atq; extrema calamitate pressi.
Nonne eadē fuit honestatis causa Lodouico Pio huius Caroli filio, dum

tanto labore atq; periculo liberauit urbem Romā à durissimo Saracenoru

iugo; qui sub Soldano AEgyptiorū duce per nefariā quorūdam Roma-

norum coniurationē in Italiam fuerant accersiti. Nam quod aliud desyde-

rium fuisse credimus Francis illis reliquisq; Gallis, qui duce Gothifredo

Bolonio L otharingorum duce, vbi in Asia peruenissent, Saracenos apud

Damascum pugna superarūt, apud Antiochiā Persas & Thurcos cōtriue-

runt,

Robertus rex.

Antonius Sabellicus.

Philelphus de Gallis.

Caroli uictoria de Saracenis.

Gothifredi laudes.

P R A E F A T I O :

runt, Mesopotamiam omnem recuperarunt, ac rursus Saracenis in Syria
ad internacionē vñq; profligatis, Marrhaq; ac Barcha populatissimis mu-
nitissimisq; urbibus expugnatis, sanctam ciuitatem vñuersamq; Palæsti-
nam (quod Hērico tertio imperante fecerat:) item Ierosolymā liberatā ab
infidelium seruitute possederunt mirabili cum Christiani nominis incre-
mento annos octo & lxxx. ad Saladiñi vñq; tempestatem, Hæc de Fran-
cis & Gallorum imperio in Italorum historijs legimus.

AD INCLYTVM MAVRICIVM

Bullionum Lugdunensem, Regis consiliarium dignis-
simum, Symphoriani Campegi apologia in

Hieronymum Balbum, Curcen-
sem episcopum.



VVM tibi superioribus diebus, uir clarissime, nostra opuscula de monarchia Gallica in-
ter ambulandum recitaremus delectatus, arbitrator, nouitate ipsarerum, & uarietate
non illepida lectionis, hortari cœpisti nos, ut libros illos de monarchia publicare-
mus. Et quum his diebus libellum Hieronymi Balbi Curicensis episcopi de coronatione
Carolii. v. Germanorū imperatoris à nostris chalcographis prelis Sebastiani Grifij no-
stri amantissimi impressum uideremus, lubuit in illū hæc quoque adnotamēta ueluti appendiculam quā
dam camporum nostrorum imperialium calci apponere, ut animi lectorum uniformi illa lectione fati-
gati hoc ueluti nouo pabulo recrearentur, & mutatione reficerentur. Solent enim hæc legentibus non
minus iuçida uideri, quām uiatoribus iā itinere lassatis diuerticula amena sunt. Sunt enim in eo libello
quædā de imperio Germanico ab eo perperā tradita: idq; potissimum in his rebus, quæ ad imperij digni-
tatiē pertinēt, licet animaduertere. Nam in eo multa sunt, quæ eruditorum aures ferre non possunt, nec
debeant. Hieronymū autem Balbum florentissimi stili ac nitidissimi aliquādo Parisijs uidimus, ac audi-
uimus, modo sit Foroliuensis ille, contra Tarduum & Faustum differentem. Sed ne morosior sit prolo-
gus quām fabula, in pauca quædam cognitu digna, nec indigna relatu exordiemur.

G ij

A P O L O G I A

APUD Hieronymum Balbum in eo libro, quem scripsit de coronatione Caroli. v. cap. iiiij. dubitatur, an imperium Ro. à solo regum omnibus opifice emanarit, an verò ad pontifices Ro. sit referendum. Primo dicit tam sacerdotium, quām imperium à solo deo manare; quēadmodū Moses, & Aaron à cælesti numine suam uterque potestatē accepit. Alibi dicit papā, & dignitate, & authoritate esse præferendū; alibi omnibus neruis persuadere nititur omne imperij robur, & facultatē à summo pontifice deriuari, pbans illud authoritate psalmi. cxxxv. vbi scriptū est, Qui fecit luminaria magna, sole i potestatē diei, lunā & stellas in potestatē noctis. Per quae significari vult sacerdotium, & imperium; & sicut luna omne lumen à sole mutuatur, itidē imperialis maiestas splendere nequit nisi pōtificis fulgore illustrata. Sed dic, quæslo, Balbe, qñ nullum erat sacerdotium, qñ nullū imperium in orbe erat, luna lumen suū à sole mutuabat; nō tñ tuc imperium à pōtifice illustrabat. Nō igitur pōtifex sol, neque imperator luna? Sol em̄ temporalis, pōtifex verò, quatenus pōtifex est, spiritualis. Luna verò lumen suum à sole mutuatur, imperator verò à deo & C H R I S T O Saul à dño in regē vngit, & à Samuele vngit. Si à propheta, vel à papa imperium, & regnum penderent, lex regis ab ipso, non à domino prodīset; verum ab ipso domino dicitur ad prophetam, Prædica ius, id est, régimen regis, qui regnaturus est super eos. hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis &c. Sicut ergo potestas Petro datur ligandi, & soluendi super terram, ita imperatori ius datur super populum; vtrunque à domino, vtruncq; ab eodem authore deo. Pontifex est animarum mysticale caput, C H R I S T V S autem simpliciter caput. Imperator corporum dominus post C H R I S T V M, quinimo per deum, ad quos ius regis est institutum: Pilati nempe potestas in C H R I S T V M data desursum esse prohibetur. Hæc dicta sunt de imperio Ro. & primæuo. Nam tria fuisse imperia compertum est: primum Ro. à deo immediate datum; secundum Gallicum ab imperatore Anastasio Clodoueo Galorum regi tributum, secundò Carolo Magno à plebe, senatuq; Romano, & à Leone pontifice confirmatum, suisq; successoribus legatum perenni æuo, tertium verò imperium fuit Germanicum à solo pōtifice Ro. dependens, de quo scribit ita Geruasi⁹ regni Arelatensis marescalus ad Othonē quartum imperatorem. Non ex te (inquit) imperator, tibi obuenit imperium, sed à vicario C H R I S T I; non tibi perpetuum efficiet, quia nec cum illo eris perpetuus; ipse tibi, tuisq; successoribus iudex est; nihil amittis, quod tuum est, si dimittis papæ quod suum est. Beneficio papæ nunc Teutonū regi debetur imperium, nec cedit iperium cui vult Teutonia, sed cui cedēdū decreuit papa. Hæc Geruasius. Imperium igitur Ro. tā origine, quā vñ, à solo cælesti numine prodire, omnes clamant; illa tamen potestas, qua omnis eligendī facultas Germanis principib; est tradita, ab ipso nimirū papa emanauit; & propterea in ipsius situm est potestate, hanc imperatoris eligendī formulam, vel omnino abrogare, vel aliter atque aliter immutare. Non sic tamen erat olim de Ro. imperio, quod erat à deo immediate, vel de

I N H I E R O N Y M U M B A L B U M.

vel de Gallico quod datum est à senatu & plebe, ac confirmatum à Leone pontifice Carolo Magno & suis successoribus in omne tempus. Nec fuit translatum imperium à Græcis ad Gallos, deinde per Hadrianum papam ad Germanos, vt scribit Balbus; nam vt vult Cusanus cardinalis, nullib; inuenitur talis translatio, quum imperium Ro. fuerit, non ab homine insti tutum, sed à solo deo, vt iam diximus. Scribit Balbus in quodam cap. sui libri fuisse imperium translatum à Græcis in Francos; & alibi asseuerat fuisse translatum à Græcis ad Germanos; & sic pluribus in locis in aqua hæret, & secum dissidet. Item alibi allucinatur Gallos, & alios. Transalpī nos legib; imperij teneri. Alio in loco scribit regem Franciæ de facto nō agnosceré superiorem (quod concedimus) quāvis de iure Romano imperio subsit, quod etiam non inficiamur, quum Romanum imperium, teste diu Augustino, in solis Gallorum regib; firmetur, & stabilisatur, Germanicum verò imperium & de iure & de facto à solo pontifice Ro. dependet, & potius debet dici vicarius papæ ac Germanorum rex, quām imperator Romanus. Multi enim contendunt C H R I S T V M, dum in humanis agebat, vtruncq; gladium distrinxisse, siue quum vendentes & ementes flagellis eiecit de templo, siue quum mulierem deprehensam in adulterio iudicariā potestate absoluit quae ad vtruncq; iurisdictionem vindicantur referri. Sed hæc leui brachio collidi possunt; nā si demus C H R I S T V M, quae vtriusq; potestatis sunt, exercuisse (nam homo erat, & deus data enim erat à patre omnis potestas in cælo, & in terra;) non sequitur tamen id, quod aduersarij efficere nituntur, scilicet imperium & sacerdotium pontificibus reliquisse. C H R I S T V S rex erat & sacerdos dei natura alijs verò sola gratia & dei voluntate. Balbus balbutiendo, ac potius somnando scribit, à Græcis imperium translatum ab ecclesia ad Germanos & (vt inquit) primus Germanorum Carolus cognomento Magnus summum principatum est adeptus, O facinus animaduertendum, o summam audaciam, o frontem perficitam, o inanem confidentiam. An putas Balbe Gallorum laudes per vniuersum orbem ob præclara corum gesta vnius libelli iactura perditas iri: minime nam vbiq; vulgatum est, Carolum Magnum fuisse Gallum, & in Gallia natum; fuit enim Pipini Gallorum regis filius, qui fuit Caroli Martelli, qui Pipini Crassi Austrasie ducis filius. Est autem Austrasia in Gallia, quam nunc Lotharingia vocant. Sed de his superius amplissimè differimus. Tradit Balbus, q; si imperator coronam in loco debito accipere non possit, nihil minus autoritatem administrandi ab archiepiscopo Coloniensi possit recipere, vel sua authoritate, quam habet ex electione sine villa coronatione ministrare. Alij tamē dicunt, q; quē admodum reges Gallorum debent R hemis coronari, & sacro oleo vngi, sic Germani imperatores ex institutione Gregorij v. pontificis Ro. debet Romæ in ecclesia sancti Petri coronari, & chrismate sacro vngi. Et si alter fiat non erit imperator secundum constitutionem Gregorij, sed potius Clementis, aut alterius Ro. pontificis. Sola electio (vt Balbus scribit) ad substantiam imperatoris pertinet, reliqua ad solennitatem, vt confirmatio

G iiiij

A P O L O G I A

¶ coronatio. Nec illud officit (inquit) quod ante coronationem appellatur rex Romanorum, & perinde nequeat usurpare imperij nomen gubernacula vel quādoquidem hæc ducæ voculae, Rex Romanorum, & Imperator, idem omnino valent, & synoniae sunt. Hæc Balbus. Sed dic Balbe electio, coronatio, vincio, confirmatio, originem habuerunt ab eodem principio videlicet à pontifice Gregorio: quare ergo lectio potius erit ad substantiam, quam coronatio, & confirmatio: & si ista vocabula, Imperium, & Regnum, sunt synonyma, igitur de quocunq; dicitur regnum, dicitur & imperium; igitur omnes reges erunt imperatores. Sed tu dicas unum posse solum in mundo esse imperatorem, ergo & regem unum solum. Et si ex consecratione,unctione, coronatione nihil Cæsareis rebus accedit, erunt omnia levia, ac parui momenti, & tanquam superflua rei sc̄i deberent. Et quum dicas vim habere ut S. Spiritus munera conferant, augeaturq; interius, per hæc minorata digniora sunt ipsa electione; & sic videntur potius esse ad substantiam, q; electio. Et ut ipse Balbus autoritatem pontificis in imperatorem stabiliret, ita allucinatur. Si papa gladij exercendi potestatem imperatori non daret, nec eam quidem auferre posset. Sed Innocentius pontifex Archadium imperatore à fidelium communione seclusit, ut in cap. duo sunt xcvi. dist, & pontifex Zacharias regem Francorum Childericum regno priuauit, ac Pipinum Caroli patrem in eius locum suffecit; unde necessario efficiunt, pontificem gladij potestatem imperatori dare, quum illam quoq; adimere possit, quinimo & imperium de gente in gentem transferre, cap. venerabilem, de elec. Et imperator à pontifice inungitur, coronatur, indicatur, atq; Augustalí solio deturbatur, haec Balbus. Attendite Galli omnes Balbi iudicium, qui tota errat via, totoq; (ut aiunt) cælo. Dicit Balbus ita, Innocentius pontifex Archadium imperatorem à fidelium communione seclusit, quia Chrysostomum virum iustum & sanctum ab episcopatu suo expulit, quod in confesso est. Poterat & ipse Chrysostomus ut episcopus idem facere: omnis enim episcopus in spiritualibus maior censetur imperatore: non sequitur tamen illum in temporalibus esse maiorem. Item pontifex Zacharias regem Francorum Childericum regno priuauit, ac Pipinum in eius locum suffecit, quod cōcedimus. Poterat & senatus populusq; Gallicæ uniuersus cum ratione ob Childerici inertiam, imbecillitatem, negligētiā, tyrannidem, idem facere: potuit & Zacharias de Gallorum consensu regno priuare: poterat & pontifex Parisiensis uniuersitate cum senatu & plebe idem facere, ne tota gens Gallica periret: potuit & Capetus Hugo Carolum Lotharingiam ducem Lotharij regis fratrem regno priuare. multa de facto possumus quæ an iure possimus quandoque ignoramus. præstat aliquando principi exulem esse, quam inspicere patriam pereuentem. Potest igitur pontifex reges ex causa legitima & pro fide excommunicare, non potest tamen aliquem absque consensu plebis, & senatus regno priuare. Et sicut potestas Petro datur ligandi & soluendi super terram, ita regi ius datur super populum: utrumq; à domino, utrumq; ab eodem auctore deo. Terrenis quidem dictum est, Reges dominantur eorum; & qui potestatem

I N D E X.

potestatem habent super illos benefici vocantur. In sacerdotio æqualitas mater est potestatis augendæ: nec illuc queritur, quis maior sit, sed quis in dispensatione fidelior: veruntamen in primo pontifice velut primo Aaron vigeat plenitudo potestatis, & in alios per eum portio transfunditur sollicitudinis. At in paucis fuit monarchia principib; & post illos (ut de Alessandro Magno legitur) diuissimo fuit mater discordia, minoratioq; potestatis terrenæ.

H A B E S I N H O C I N D I C E Q V A E I N H O C V O L V = M I N E C O N T I N E N T V R , E T quæ digna sunt scitu.

Aaron sacerdos Iudeorum primus	Lib. I. Cap. I.	Caroli coronatio	eodem.
Adam primus monarca	Lib. I. Cap. II.	Caroli Calui coronatio	Lib. II. Cap. V.
Alexandri Magni monarchia	eodem.	Crescentij consulis facinus ex mors	Lib. III. Cap. I.
Antonius Pius imperator	eodem.	Clodouei uictoria ex imperium	Lib. III. Cap. III.
Antonius Verus	eodem.	Clodouei & Othonis comparatio	eodem.
Antonius Commodus	eodem.	Caroli Magni consecratio	eodem.
Antonius Caracala	eodem.	Cambysis regis Persarum donū	Lib. III. Cap. VII.
Alexander imperator	eodem.	Caroli Martelli origo	Lib. III. Cap. I.
Aurelianus imperator	eodem.	Caroli Magni origo ex Gallia	Lib. III. Cap. II.
Anastasius imperator	eodem.	Clodoueus imperator	Lib. III. Cap. III.
Augustini propheta de Gallis	Lib. II. Cap. I.		
Arnulphus imperator	Lib. II. Cap. VIII.	Domitianus imperator	Lib. III. Cap. III.
Auriflamma	Lib. III. Cap. VII.	Decius Diocletianus	Lib. I. Cap. III.
Ascensus imperij	Lib. III. Cap. III.	Declinatio imperij Romani	Lib. III. Cap. I.
Brutus consul	Lib. I. Cap. III.	Declinatio Germanici imperij	Lib. III. Cap. V.
Balbus imperator	Lib. II. Cap. VI.	Declinatio Gallici imperij	Lib. III. Cap. III.
Berengarij quatuor	Lib. II. Cap. IX.	Esaie carmen de virgine	Lib. I. Cap. II.
Benedicti abbatis sanctitas	Lib. III. Cap. V.	AEnei Syluij de Carolo medaciū	Lib. III. Cap. III.
Constantinus locum dedit Syluestro	Lib. I. Cap. I.	Esaie prophetæ de gallie regno	Lib. III. Cap. VII.
Christi nativitas	Lib. I. Cap. II.	Electio Othonis	Lib. III. Cap. V.
Cesaris dictatura	Lib. I. Cap. III.	Firmici Iulij sententia de imperatore	Lib. I. Cap. II.
Christianæ religionis etates	Lib. II. Cap. XII.	Festus præses Iudeæ	Lib. I. Cap. III.
Camodi interitus	Lib. I. Cap. III.	Franorum regum genealogia	Lib. III. Cap. X.
Clodius Carus Carinus imperatores	eodem.	Florus præses	eodem.
Constantius Constantinus Constan	eodem.	Fœderici facinora	Lib. III. Cap. III.
Carolus Magni gesta	Lib. II. Cap. III.	Fœderici ij. gesta	eodem.

INDEX.

IN D E X

Galba imperator	Lib.I.Cap.III.	Leo pontifex	Lib.III.Cap.V.
Gordianus imperator		eodem.	
Gallus Hostilianus		eodem.	
Gaius imperial		Monarchia quid sit	Lib.I.Cap.II.
Galerius		eodem.	
Gratianus		Mercurius trismegistus rex et sacerdos	Li.I.Ca.I.
Gallorum imperium	Lib.II.Cap.I.	Melchisedech sacerdos et rex	eodem.
Germanorum imperium	Lib.III.Cap.I.	Moses dux Israëlitici populi	eodem.
Gregorius quintus		Marcellus consul	Lib.I.Cap.III.
Gallici imperij quatuor tempora	Lib.III.Cap.III.	Macrinus imperator et Maximianus	eodem.
Germanici imperij tempora	Lib.III.Cap.V.	Maxentius et Maximianus	eodem.
Hannibalis responsum		Martianus Mauricius	eodem.
Herodis sceptrum	Lib.I.Cap.II.	Michael imperator	eodem.
Heraclitus imperator	Lib.I.Cap.III.	Mahometi initium	Lib.III.Cap.III.
Heraclion		Martellus pater Pipini regis	Lib.III.Cap.I.
Henricus		Nero imperator	Lib.I.Cap.III.
Henricus quartus	Lib.III.Cap.III.	Nerua senex	eodem.
Hetrusci	Lib.III.Cap.VII.	Nicephorus imperator	Lib.I.Ca.P.III.
Henrici duo	Lib.III.Cap.II.	Officium regis	Lib.I.Cap.I.
Iura regis		Officium sacerdotis	Lib.I.Cap.I.
Imperij Germanici sex etates	Lib.II.Cap.XII.	Ostauianus quod regnare cecepit	Lib.I.Cap.II.
Insulae multæ et nouiter inuenta	Lib.II.Cap.X.	Otho imperator primus	Lib.I.Cap.III.
Iulianus imperator	Lib.I.Cap.II.	Oleum quo unguntur reges	Lib.III.Cap.VI.
Iudea in medio orbis	Lib.I.Cap.II.	Oleum letitiae	eodem.
Iulius tyrannus	Lib.I.Cap.III.	Oleum cælitus demissum	eodem.
Iulianus imperator		Otho imperator Germanus	Lib.III.Cap.V.
Iustinianus imperator		Primus rex Israël	Lib.I.Cap.I.
Iudæorum regnum sub regibus	Lib.II.Cap.I.	Pax ingens in mundo	Lib.I.Cap.II.
Iohannes papa	Lib.III.Cap.I.	Philippus de Abia	Lib.I.Cap.III.
Imperium Germanicum	Lib.III.Cap.I.	Probus de Pannonia	eodem.
Insignia imperatorum	Lib.III.Cap.I. et VII	Pares duodecim Francie	Lib.III.Cap.I.
Insignia regum	Lib.III.Cap.eodem.	Phoca imperator	eodem.
Imperatorum Germanie catalogus	Lib.III.Cap.II.	Philippus imperator	eodem.
Initium imperatorum Germanie	Lib.III.Cap.III.	Pontificatus Christi	Lib.III.Cap.VI.
Imperium Gallorum stabile	Lib.III.Cap.III.	Pax Hetruscorum cum Romanis	Lib.III.Cap.VII.
Licinius imperator	Lib.III.Cap.III.	Pipinus pater Martelli	Lib.III.Cap.I.
Leontinus imperator		Pleutrudis nouerca Martelli	eodem
Leo tertius imperator		Pipinus rex filius Martelli	eodem.
Leo quartus		Pipini decreta	eodem.
Lodouicus Augustus	Lib.II.Cap.II.	Prophetia Austustini de Gallis	Lib.III.Cap.III.
Lotharius imperator	Lib.II.Cap.III.	Quintilis imperator	Lib.I.Cap.III.
Lodouicus secundus et tertius		Quis dominus mundi	Lib.III.Cap.V.
Lilia cælo demissa	Lib.III.Cap.VII.	Rex primus Israël	Lib.I.Cap.I.
			Regis

Regis iura	eodem.	Tacitus imperator	eodem.
Regnum præcessit sacerdotium tempore	eodem.	Theodosius imperator	eodem.
Regnum ab hominibus institutum	eodem.	Tyberius tertius	eodem.
Reges Gallorum semper fideles	Lib.III.Cap.III.	Tempora quatuor imperij	Lib.III.Cap.III.
Regnū ludaici institutio	Lib.III.Cap.VI.		
Romani imperij insignia	Lib.III.Cap.VII.	Virgæ regales	Lib.I.Cap.I.
Sacerdotes inter gentiles	Lib.I.Cap.I.	Vitellius imperator	Lib.I.Cap.III.
Sacerdotium Christi	eodem.	Vespasianus imperator	eodem.
Sacerdotij potestas	eodem.	Varus Heliogaballus	eodem.
Seuerus imperator	Lib.I.Cap.III.	Valerianus imperator	eodem.
Scauratus imperator	eodem.	Valentinianus imperator	eodem.
Sylvius Aeneas Gallorū amulus	Lib.III.Ca.III.	Vinea domini Gallia regnum	Lib.III.Cap.VI.
		Vellus aureum	Lib.III.Cap.VII.
Trismegistus rex et sacerdos	Lib.I.Cap.I.	Vaticinii cardinalis Cusani de iperio	Li.II.Ca.XI.
Tres monarchiam tenuerunt	Lib.I.Cap.II.	Vaticinum fibylle Altrunæ	Lib.III.Cap.VI.
Thuræ gesta ac potentia	Lib.II.Cap.X.II.VII.	Vaticinii Doraci de reg.Fræcorū	Li.III.Ca.VII.
Tyberius monarca cōtra Burgūdos	Li.I.Ca.III.	Vaticinii Hildegasti philosophi	Li.III.Ca.VIII.
Titus imperator	eodem.	Vaticinium Basiane reginae	Lib.III.Cap.IX.
Trajanus imperator	eodem.		

FINIS INDICIS